De Usu Numeri Pluralis Aeschyleo et Sophocleo.

DISSERTATIO INAUGURALIS

QUAM

AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES


AB AMPLISSIMO

PHILOSOPHORUM MARPURGENSIUM ORDINE

RITE CAPESSENDOS

SCRIPSIT

EDUARDUS VOLP
FREIENSEENENSIS.



MARPURGI CATTORUM

TYPIS FRIDERICI TYPOGRAPHI ACADEMICI.

MDCCCLXXXVIII.



THEODORO BIRT

SACRUM.

Plurali maiestatis quem vocant quo modo quibusque locis Latini scriptores usi sint quamquam satis constat, apud Graecos tamen quatenus patuerit parum adhuc exploratum est; neque exempla quisquam collegit. Quam in rem ego inquisiturus Theodoro Birt auctore, cui cum in ceteris meis studiis exercendis tum in hoc libello scribendo quantum debeam scio neque unquam obliviscar, postquam in manum assumpsi Aeschylum et Sophoclem, de illo plurali maiestatis nonnulla nova me docere posse gaudeo.

Multum autem in ea re excutienda versatus cum a nullo grammatico vel antiquiorum vel recentiorum temporum quae de Aeschyleo et Sophocleo usu doceri possint, ea aut prolata omnia aut coniuncta et disposita viderem et uberiore totius rei tractatione facta Aeschylum et Sophoclem multis in rebus melius posse intellegi arbitrarer, raptus sum cura atque studio ad universum pluralis numeri poetice positi usum observandum. Quaeritur enim non solum qui fieri potuerit, ut *δόμοι* pro *δόμος* scriberetur similia, usurparentur *πρόσωπα*, *νῶτα*, *ξίφη*, *λέχη* aliaque eius modi multa pro earundem vocum singulari, sed etiam *θάνατοι* pro *θανάτῳ* singulari, *γάμοι* pro *γάμῳ*, pro *τέχνημα τεχνήματα*, ut etiam *γλῶσσα ἐν φυλακαῖς* pro *ἐν φυλακῇ* dicere auderent poetae. Quam rem cum ceteri omnes, qui de ea disputaverunt, sat temere ad meram poetarum magniloquentiam referri voluerint, nobis una quaeque res sua et certa ac propria explicationis ratione indigere et alia aliis legibus explananda esse videntur. Itaque ad duo potissimum attendimus officia,

primum ut inquiratur quae cuiusque vocis primaria fuerit notio — nam in talibus qualia sunt *βωμοί δόμοι*, e primaria notione numerus defenditur —, deinde ut quid analogia, magis etiam concinnitas grammatica valuerit curiose observemus. Atque ita factum esse spero, ut non pauci tragicorum loci obscuri iam explicati et dilucidi esse videantur.

Qua in re vir quidam doctissimus hisque in rebus experientissimus, quem nominare mihi non licet, me docuit, cum benigne mihi petenti adlatis exemplis exponeret usum plurative loquendi, quem observamus apud Homerum et tragicos, similitudinem fere non habere apud reliquos Indogermanos (nam poetae Latini his in rebus Graecos imitati sunt; apud Indos talia rara sunt velut āpas pro aquis); contra mirum consensum exsistere inter Homericam consuetudinem et Hebraicam; in Hebraicis enim libris plurative leguntur nomina illa velut miškĕnōth (domus), markĕbōth (currus), ēmōth (metus), pānīm (facies), bāmōth (cf. *βωμοί*) aliaque quae postea suo quodque loco afferam. Ex eis exemplis nescio an concludi possit ante ipsum Homerum orientalium populorum linguas haud parvi momenti fuisse ad linguam epicam Graecam conformandam. Sed in hanc rem inquirere nostri propositi non est, alii inquirant.

Viri docti autem quid ante me his in rebus elaboraverint, silentio praetermittere non decet. Nam praeter ipsos artium scriptores[1]) et editorum observationes hae potissimum memorabiles sunt dissertationes: Hartzii de anacoluthis apud Aeschylum et Sophoclem (Berol. 1856), Wrobelii de generis numeri casuumque anacoluthis apud tragicos Graecos (Vratislav. 1865), Kummereri »über den Gebrauch des Plurals für den Singular bei Sophocles und Euripides« (Klagenfurt 1869, 1870), Franzii de verbo apud Graecos coniuncto cum neutri generi subiecto plurali (Bonn

---

1) dico imprimis Bernhardyi, Matthiaei, Buttmanni, Kruegeri, G. Hermanni ad Vigerum adnotationes, Delbrueckii Grundlagen der griechischen Syntax, Kuehneri.

1875), Bauderi de generis neutrius plurali cum verbo construendi vi et usu apud Homerum et Hesiodum (Lips. 1877).[1] Vocavi quoque saepius in comparationem Jacobi commentationem de usu numeri pluralis apud poetas Latinos (editam e schola provinciali Portensi 1841).

Alios autem, qui multi sunt, libros a me inspectos occasione data nominabo. Hartzius quidem, Wrobelius, Kummererus quid neglexerint de aliis aliam pronuntiantes sententiam, eorum dissertationes si contuleris cum mea, facile intelleges, de ceteris quos nominavi postea passim mihi agendum erit.

Atque haec de hominum doctorum opusculis: nunc ex inquisitiunculis meis quam summam confeci brevi conspectu adponam.

Caput I. Ac primum quidem disputandum erit de numerorum singularis et pluralis confusione. Initium autem faciemus § 1 a leviore re, sed quam si neglegis non est gravioribus locus, dico constructionem illam ad intellectum quam vocant. Quae quatenus apud Aeschylum et Sophoclem patuerit postquam perspexeris, transitus erit § 2 ad Sophocleum[2]) illud *ἦν δ' ἀμφίπλεκτοι κλίμακες* atque similia quam accuratissime potero excutienda. Cuius rei ea valebit explicatio, ut poeta eo temporis puncto, quo *ἦν* vel similia scribebat, clare nondum respiceret quod sequeretur vocabulum et deinde pluralem quasi unum et totum adderet. Alia quaestio erit § 3 de eis locis, ubi neutrum plurale cum verbi plurali videmus coniunctum. Et hoc quidem sibi concesserunt poetae, cum singillatim efferebantur res (Se. 696 *ἐξέζεσαν γὰρ Οἰδίπου κατεύγματα*) aut cum personae dicebantur (Phil. 448 sqq. *τὰ μὲν πανοῦργα — χαίρουσ' ἀναστρέφοντες ἐξ Ἅιδου*). Postremo § 4 illa tractabo exempla sat admirabilia, quibus singularem parti-

---

1) Contra Struveus de dictione Sophoclis, Lechnerus de Sophocle, poeta Ὁμηρικωτάτῳ, idem de Aeschyli studio Homerico, Hemmerlingius »Sophocles quo iure Homeri imitator dicatur«, Ullmannus »proprietates sermonis Aeschylei« ne perstrinxerunt quidem rem nostram.

2) Tra. 520.

cipii ad verbi finiti pluralem reperimus esse adiunctum: Eu. 141 *ἀπολακτίσασ' ὕπνον ἰδώμεθα.* Phil. 641 *χωρῶμεν ἐνδόθεν λαβὼν ὅπου σε χρεία καὶ πόθος μάλιστ' ἔχει.* Quam rem ita explicabimus, ut *ἰδώμεθα* quidem (vel *χωρῶμεν*) ambas illas amplectatur notiones et ego et tu, participium autem *ἀπολακτίσασα* (vel *λαβὼν*) ad hanc unam spectet notionem (‚tu').

Caput II. Secundum caput habeat sibi verbi pluralis. Distinguuntur plurales modestiae et maiestatis. Eorum usus quo modo paulatim longius sit progressus uberius ostendemus § 1. Qua cum re § 2 ne illi loci confundantur, ubi loquens aliquis verbi vel pronominis plurali ita utitur, ut eas quoque personas, quae non adsunt, de quibus tamen paulo ante vel locutus est vel tunc ipsum cogitat, oratione complectatur. Et praeter alia multa exempla illud quoque Sophocleum (El. 399 *πεσούμεθ' εἰ χρή, πατρὶ τιμωρούμενοι*), de quo homines docti alii aliam dixerunt sententiam, huc pertinere demonstrabitur. Seorsum § 3 etiam ea exempla (velut O C. 1112 *ἐρείσατ', ὦ παῖ, πλευρὸν ἀμφιδέξιον*) enumeranda erunt, in quibus prorsus non agnoscitur pluralis maiestatis sed complures personae ita dictae sunt, ut una certa eaque notabilior per singularem casus vocativi efferatur. Affinis est etiam § 4 ille pluralis verbi *τί μέλλομεν* pro *τί μέλλεις*; positus similesque, quibus lenem atque mitem contineri adhortationem facile intelleges. Denique § 5 unum inveni exemplum Sophocleum inexspectatum, quo etiam in secunda persona pluralis maiestatis adhibitus est; hoc est illud O R. 989 sqq. Cui rei disputationem § 6 de participiorum pluralibus pro substantivis positorum (velut OR. 308 *τοὺς κτανόντας*) similibusque ipsorum substantivorum pluralibus ita adiunxi, ut variis illos de causis pro singulari esse usurpatos exponerem, ut res de qua ageretur, fieret communior itaque obscurior. Deinde § 7 verbi in choricis carminibus tractabo pluralem.

Caput III. Sequetur explanatio pluralis et corporalium nominum et moralium. Et *δόμοι* quidem similiumque plura-

lium explicationem a primaria vi cubiculi, quam apud Homerum inveneris, esse repetendam atque Aeschylum et Sophoclem ut aliis multis in rebus ita in hac re Homericum secutos esse sermonem ab ipsorum temporibus abhorrentem ostendisse mihi videor § 1. Analogiam quoque non solum in hoc genere nominum corporalium (dico *αὐλαί, ἑδώλια, πρόθυρα* similia) plurimum valuisse sed etiam in sequentium, quae ad corporis partes spectent, facile apparebit § 2. Plurales enim *πρόσωπα, νῶτα, σφαγαί, αὐχένες* haud dubie, ut mihi quidem videtur, ex analogia eorum positi sunt, qui partium multitudinis ratione habita usurpabantur (velut *στήθη* alia). Deinde § 3 de plurali *βωμοί* disserens ad principalem potissimum vim ostendam revertamur necesse esse, cum pluralem de una ara adhibitum explicare volumus. Tum eadem paragrapho alios quoque multos eam ob causam demonstrabo in usu fuisse plurales, quia poeta voluit partium indicare multitudinem (dico *ἅρματα, τόξα, λέχη, ὕδατα* similia). Qua corporalium nominum absoluta tractatione ad moralia ita feci transitum § 4, ut primum paucis nempe verbis de illis disputarem, quae affectionem significent (*πόθοι, ὀργαί, φόβοι*), deinde adiungerem § 5, quae numerorum attractione vel concinnitate grammatica in plurali ponebantur, cum de pluribus agebatur sive personis sive corporalibus vocabulis (Pe. 595 *οὐδ' ἔτι γλῶσσα βροτοῖς ἐν φυλακαῖς.* El. 206 *τοὺς ἐμὸς ἴδε πατὴρ θανάτους αἰκεῖς διδύμαιν χειροῖν*), tum § 6 explanarem ea, quibus ipsa inest pluralis notio (*ἐπιστολαί, τεχνήματα, γάμοι* multaque alia).

Caput IV. Denique praetermisso plurali neutrius generis adiectivorum et participiorum, cum quo tragici a solito sermone differant non inveniatur, per appendicem caput quartum nonnulla de singulari collectivo quem vocant et de duali numero continebit collecta. Corporalium enim complurium nominum saepius singularis vere poetice ponitur quasi collectivus § 1. Dualis autem numerus (§ 2) sicut apud alios ita apud Aeschylum et Sophoclem eis fere solis exhibebatur locis, ubi de duabus

arcte inter se cohaerentibus agebatur personis. Coniungebatur etiam cum plurali imprimisque verbi. Sunt autem memorabiliora haec: Sophoclem enim semel inveni (OR. 1511) de secunda persona usurpavisse dualem in ην: ὦ τέκν' εἰ μὲν εἰχέτην ἤδη φρένας. Memorabile etiam, quod interdum masculinum genus ad feminina quoque nomina translatum videmus. Ad extremum § 3 de usurpatione verbi δύο eiusque cum dualibus et pluralibus numeris coniunctione disputandum erit.

Atque haec fere tractanda mihi proposui: nunc de singulis rebus paulo uberius et copiosius loquemur.

Caput I.

De singularis et pluralis numerorum confusione.

§ 1.

Proprium hoc fuit Graecae linguae imprimisque poetici sermonis, ut singularis cum plurali coniungeretur. Quam constructionem *κατὰ σύνεσιν* non nimis demirari debemus, cum iam Homerus saepius ea utatur. Velut Il. II 368 legimus *λεῖπε λαὸν Τρωϊκὸν οὓς ἀέκοντας τάφρος ἔρυκεν.* Quo in genere hoc est tenendum Homerum apud sequentes Graecorum poetas non solum epicae sed etiam lyricae et scenicae poeseos plurimum valuisse et universum Graecorum sermonem poeticum in eius carminibus esse tamquam in fundamento statutum, id quod saepissime nostra commentatione demonstrabimus. Itaque inspiciamus tragicos, qui imprimis cum collectivis quae dixeris vocabulis *λεώς*, *στρατός*, *ὅμιλος*, *φῦλον* aliisque eius modi pluralem verbi coniungunt. Atque apud Aeschylum sunt haec: Pro. 433 [1]) sq. *Σκύθης ὅμιλος, οἳ γᾶς ἔσχατον τόπον ἔχουσιν.* ibid. 830 sqq. *γρῦπας φυλάξαι, τόν τε μουνῶπα στρατὸν Ἀριμασπὸν ἱπποβάμον', οἳ — οἰκοῦσιν.* ib. 834 *φῦλον, οἳ ναίουσι.* Plane idem habes Su. 29 sqq. *ἀρσενοπληθῆ δ' ἑσμὸν ὑβριστὴν Αἰγυπτογενῆ — πέμψατε πόντονδ'· ἔνθα δὲ λαίλαπι — ἀντήσαντες ὄλοιντο.* Quibus in exemplis minus arcta est pluralis cum singulari coniunctio.

1) Integrarum enim Aeschyli fabularum versus cum Weckleinio numero, Sophoclis cum Dindorfio, amborum et Euripidis fragmenta cum A. Nauckio, Euripidis ceteros versus cum Kirchhoffio.

Discernenda autem esse ea videntur, in quibus ab ipso subiecto suo praedicatum differt velut Ag. 198 sqq. εὖτ' ἀπλοίᾳ κεναγγεῖ βαρύνοντ' Ἀχαιικὸς λεώς. ib. 353 sq. στρατῷ — κέρδεσιν νικωμένους, 582 sq. Τροίαν ἑλόντες δήποτ' Ἀργείων στόλος θεοῖς λάφυρα ταῦτα τοῖς καθ' Ἑλλάδα δόμοις ἐπασσάλευσαν ἀρχαῖον γάνος. Eu. 684 sq. κλύοιτ' ἂν — θεσμὸν, Ἀττικὸς λεὼς, πρώτας δίκας κρίνοντες. 950 sq. ἦ τάδ' ἀκούετε, πόλεως φρούριον.

Aliter autem res se habet Ag. 1168 ἄκος δ' οὐδὲν ἐπήρκεσαν τὸ μὴ πόλιν — παθεῖν. Nam ἄκος οὐδὲν idem valet quod πάντα τὰ ἄκη — οὐ. Itaque quasi neutrum plurale hoc loco habemus; tamen non est cur cum Blomfieldio coniciamus ἐπήρκεσεν. Nam (ut postea pluribus verbis exponemus) apud Graecos poetas antiquae maxime aetatis, cum multitudinem et varietatem exprimere volunt, id quod illo certe exemplo (πάντα τὰ ἄκη — οὐκ ἐπήρκεσαν) factum videmus, multo saepius neutrum plurale cum verbi numero plurali quam singulari positum est. Itaque quid habemus quod ἐπήρκεσαν non retineamus? Eiusdem generis est Ant. 1022 οὐδ' ὄρνις εὐσήμους ἀπορροιβδεῖ βοὰς ἀνδροφθόρου βεβρῶτες αἵματος λίπος. Quo loco poetae animo ὄρνιθες — οὐ obversatum esse putari debet. — Sed in illum numerum adscribendum est Su. 735 sq. ἴσως γὰρ ἂν κῆρυξ τις ἢ πρέσβη μόλοι, ἄγειν θέλοντες ῥυσίων ἐφάπτορες.

Similiter dixit Sophocles Phil. 357 στρατὸς, ὀμνύντες. OC. 1068 sq. ἄμβασις, οἳ τὰν ἱππίαν τιμῶσιν Ἀθάναν (i. e. equites, qui; sequitur morale nomen, quod corporalis vicem praestat, pluralis relativi pronominis). Et OR. 664, ubi legimus ἥ δ' ἅπερ ξένῳ ξένη ἔσωσεν ἔρνος, οἷσι μὴ βλάψῃ θεὸς vocem ἔρνος collectiva uti significatione ex aoristo apparet ἔσωσεν, cui notio consuetudinis insit. Quae numerorum vicissitudines nonne optimum sunt indicium vivacitatis Graeci ingenii? Similis generis ei sunt loci, ubi primum de una quasi e compluribus selecta persona verba fiant, deinde ad omnes transeatur vel versa vice, velut Se. 178 sqq., ubi habes κεἰ μή τις ἀρχῆς τῆς ἐμῆς ἀκούσεται ἀνὴρ γυνή τε χὤτι τῶν μεταίχμιον, ψῆφος κατ' αὐτῶν ὀλεθρία

βουλεύσεται, λευστῆρα δήμου δ' οὔ τι μὴ φύγῃ μόρον, ubi pluralem ab interpositis nominibus excusationem habere falso mihi dicere videtur Hartzius [1]). Quem in numerum adscribo hos quoque locos Aeschyleos: Pe. 138 sqq. *Περσίδες δ' ἀκροπενθεῖς ἑκάστα πόθῳ φιλάνορι τὸν — εὐνατῆρ' ἀποπεμψαμένη λείπεται μονόζυξ.* Su. 190 sqq. *τάχ' ἂν πρὸς ἡμᾶς τῆσδε γῆς ἀρχηγέται ὀπτῆρες εἶεν ἀγγέλων πεπυσμένοι· ἀλλ' εἴτ' ἀπήμων εἴτε καὶ τεθηγμένος ὠμῇ ξὺν ὀργῇ τόνδ' ἐπόρνυται στόλον*, Eu. 335 sqq. *τοῦτο γὰρ λάχος διανταία Μοῖρ' ἐπέκλωσεν ἐμπέδως ἔχειν, θνατῶν τοῖσιν αὐτουργίαι ξυμπέσωσιν μάταιοι* (ita cum Dindorfio) *τοῖς ὁμαρτεῖν, ὄφρ' ἂν γᾶν ὑπέλθῃ· θανὼν οὐκ ἄγαν ἐλεύθερος.* Ubi primum quidem Furiae generatim loquentes plurali utuntur, tum singulari, ubi Orestem matricidam significant.

Apud Sophoclem exstant hi loci similes: Ai 758 sq. *τὰ γὰρ περισσὰ κἀνόητα σώματα πίπτειν βαρείαις πρὸς θεῶν δυσπραξίαις ἔφασχ' ὁ μάντις, ὅστις ἀνθρώπου φύσιν βλαστὼν ἔπειτα μὴ κατ' ἄνθρωπον φρονῇ.* Ant. 707 sq. *ὅστις — φρονεῖν μόνος δοκεῖ, — οὗτοι διαπτυχθέντες ὤφθησαν κενοί.* ib. 1155 sq. *τὰς γὰρ ἡδονὰς ὅταν προδῶσιν ἄνδρες, οὐ τίθημ' ἐγὼ ζῆν τοῦτον.* El. 1505 *χρῆν δ' εὐθὺς εἶναι τήνδε τοῖς πᾶσιν δίκην ὅστις πέρα πράσσειν γε τῶν νόμων θέλοι κτείνειν.* Tra. 205 sqq. *ἀνολολύξατε δόμοις ἐφεστίοις ἀλαλαῖς ὁ μελλόνυμφος* — i. e. quisquis nubilis est, ut Hermannus recte interpretatur. Phil. 456 sq. *ὅπου δ' ὁ χείρων τἀγαθοῦ μεῖζον σθένει τούτους ἐγὼ τοὺς ἄνδρας οὐ στέρξω ποτέ.* Similiter apud Euripidem El. 931 sq. *κἀκείνους στυγῶ τοὺς παῖδας, ὅστις.* Su. 454 *τερπνὰς τυράννοις ἡδονὰς ὅταν — θέλῃ.* Ubi postquam generatim de *τυράννοις* dictum est, enuntiato temporali e multis unus quasi eligitur. Plato quidem, cuius in dialogis praeclarissimis poeticus saepe sermo est, illam numerorum recepit vicissitudinem in Protag. 324 cum scribat *οὐδεὶς κολάζει τοὺς ἀδικοῦντας τούτου ἕνεκα ὅτι ἠδίκησεν.*

---

1) cf. l. c. p. 15.

Quin Euripides itemque Aeschylus vel uno eodemque enuntiato participiorum et singularem et pluralem exhibuerunt: ita Herc. fur. 202 sq. *δρῶντα πολεμίους κακῶς σώζειν τὸ σῶμα μὴ 'κ τύχης ὡρμισμένους.* Eodem modo scripsit Aeschylus Se. 340 sq. *κενὸς κενὸν καλεῖ, ξύννομον θέλων ἔχειν, οὔτε μεῖον οὔτ' ἴσον λελιμμένοι.* Hoc quoque loco, quo vividior fieret sermo, illud participium in singulari numero, hoc in plurali positum est. Atque multitudinis est notione factum, ut Ag. 325 *ἄλλος παρ' ἄλλου* ad verbi pluralem pertineat: *ἄλλος παρ' ἄλλου διαδοχαῖς πληρούμενοι.* Eodem referendum est Ag. 855 sq. *τὸν μὲν ἥκειν, τὸν δ' ἐπεισφέρειν κακοῦ κάκιον ἄλλο πῆμα λάσκοντας δόμοις.*

Ac de hac leviore re satis actum est; sequitur ut ad graviorem accingamus.

§ 2.

Magis enim in eo offendimus, quod singularis verbi ad nominis masculini vel feminini generis pluralem adiungitur Sophoclis Tra. 520:

τότ' ἦν χερὸς, ἦν δὲ τόξων πάταγος,
ταυρείων τ' ἀνάμιγδα κεράτων·
ἦν δ' ἀ μ φ ί π λ ε κ τ ο ι κ λ ί μ α κ ε ς,
ἦν δὲ μετώπων ὀλόεντα
πλήγματα καὶ στόνος ἀμφοῖν.

Cuius exempli tria tantum similia inveniuntur apud tragicos poetas eaque apud Euripidem solum:

Ba. 1348 *δέδοκται, πρέσβυ, τλήμονες φυγαί.*
Jo. 1148 *ἐνῆν δ' ὑφανταὶ γράμμασιν τοιαίδ' ὑφαί.*
adesp. 154 *ἦλθεν δὲ λαοὶ μύριοι πρὸς ἠόνα.*

Contra huius loci non est (Il. ψ. 380) *πνοιῇ δ' Εὐμήλοιο μετάφρενον εὐρέε τ' ὤμω θέρμετο,* cum *θέρμετο* ad *μετάφρενον* praecipue spectet et cum duali substantivi numero nonnunquam verbi coniungi singularem ex illo appareat Homerico *ἐν δὲ οἱ ὄσσε*

δαίεται id quod haud admirabilius scriptum esse quam neutrum plurale cum singulari verbi coniunctum recte dicit Delbrueckius [1]).

Sed ut redeamus ad exemplum illud Sophocleum, certe non sufficiet ea explicatio, ut dicamus, cum in vivaciore narratione per anaphoram bis iam usurpatum esset *ἦν* et semel etiam esset secuturum, factum esse, ut poeta ante pluralem *κλίμακες*, quem initio scribere an voluerit dubium sit, illud *ἦν* poneret. Potius altius huius rei explanatio mihi repetenda videtur. Apparet enim ex his quattuor exemplis multo clarius quam ex illis, quae supra tractavimus, linguam Graecam ita pati numerorum discrepantiam, ut non solum neutrius generis sed etiam masculini vel feminini pluralia cum verbi singulari coniungantur. Et ponebatur quidem verbi singularis tum, cum eae significabantur per pluralem multitudines, ut ex singulis rebus quasi unum ac totum efficeretur; dico *πάχναι*, *χάλαζαι*, *νῶτα*, *κρέα*, *ἄστρα* i. e. caelum stellis ornatum, *ὄρεα*, *ῥέεθρα*, *κτήματα*, *ὑφαί* et similia. Iuvat in comparationem vocare illud Euripideum: Io. 1148 *ἐνῆν δ' ὑφανταὶ γράμμασιν τοιαίδ' ὑφαί*, quo exemplo texta pro re una, sed composita intellegenda sunt. Pluralis autem *ὑφαί* exhibitus est eo consilio, ut varietas et ubertas textilium significarentur; cf. nostrum »Malereien«. Certe illud *ἐνῆν* suam habet defensionem. Nonnullis aliis locis nescio an res ita se habeat, ut scriptor cum verbi singularem scriberet, nomen quod sequeretur nondum respexerit ac postea pluralem quasi fortuito adderet. Quid? huc nonne referendum illud esse Hesiodeum [2]) videtur *τῆς δ' ἦν τρεῖς κεφαλαί*? Nam hoc certe loco initio haud clare de trium multitudine capitum a poeta esse cogitatum quis est qui neget? Qua in re non praecedere verbum nomini non posse Hermannus dixit (ad illum versum Sophocleum Tra. 520 *ἦν δ' ἀμφίπλεκτοι κλίμακες*) [3]) his verbis: *Et vero singularis, quia hac condicione usurpatur, ut praecedat nomini.* — *Nimirum in*

---

1) cf. c. l. p. 18.

2) cf. theogon. v. 321.

3) vide Herm. Soph. Tra. edit. II p. 86.

principio orationis recte potest verbum singulari numero poni, multa in unum collecta complectens, quae deinde explicatius significantur addito nomine etiam plurali; non etiam posito iam nomine plurali aptum est verbum non conveniens huic numero. — Simili autem modo Plato[1]) scripsit *ἔστι μὲν που καὶ ἐν ταῖς ἄλλαις πόλεσιν ἄρχοντές τε καὶ δῆμος*, quod exemplum recte vertitur »es giebt auch in den anderen Staaten — einen Unterschied von Archonten und Volk«. Herodotus quoque, cuius sermo ut unius ex antiquissimis solutae orationis scriptoribus non potuit a poetico non proxime abesse, cum usque ad eius tempora poeticum tantum exeultum esset genus dicendi, illo sermone utitur I 26, ubi legimus *ἔστι δὲ μεταξὺ τῆς τε παλαιῆς πόλιος, ἣ τότε ἐπολιορκέετο, καὶ τοῦ νηοῦ ἑπτὰ στάδιοι*, qui locus in offensionem nostram cadere vix potest, cum *ἔστι* longe distet ab insequenti plurali. Interdum singularem numerum, imprimis *ἐστίν, ἦν, γίγνεται*, etiamsi pluralia sequerentur, ita poni ut omnino praenuntiaretur tantum vocabulum recte sane Kruegerus[2]) dixit. Illud quoque *ἐστὶν οἵ* hoc loco dignum memoratu est nec non *ἦν οἵ*, ut Xenophon nonnunquam scripsit. Verum ut ad Sophocleum illud exemplum oratio, unde degressa est, se referat, paucis oportet verbis rem ipsam declarem. Hermannus enim Ovidii Metam. IX 51 ratione habita, ubi legimus *Ter sine profectu voluit nitentia contra reicere Alcides a se mea pectora* in eo positum esse hoc luctae genus putat, ut quis averteret adversarium atque a tergo complexus quasi per scalam dorsum eius conscenderet. Quid tum *ἀμφίπλεκτοι*, quid *κλίμακες* sibi volunt? Equidem nescio. Potius vox *κλίμακες* alio interpretor pugilum artificio, quo adversarius pede supposito deprimitur, cui arti sane quam convenit illud *ἀμφίπλεκτοι*.

---

1) Pol. 463.
2) cf. attische Syntax § 63, 4, 4.

§ 3.

Et quoniam de hac numerorum discrepantiis et confusionibus dixi, ne illud quidem praetermittam, paucis locis neutrius generis plurale vocabulum cum verbi plurali esse coniunctum. De hac re recte mihi Bauderus [1]) videtur disseruisse antiquissimis temporibus neutra pluralia aeque ac masculina et feminina cum verbi plurali esse constructa et quo magis in neutro plurali praevaleret notio personae vel etiam animalis alicuius vel rerum singularum per se intellegendarum, eo certius adhiberi verbum plurale, contra quo magis confunderentur quasi res singulae atque in unam indiscretamque copiam quodammodo concrescerent, eo certius praeberi verbum singulare. Eandem fere de hac re sententiam Delbrueckius dixit [2]). Franzius autem hunc pluralis verbi usum de quo agimus falso iudicavit Graecae proprium esse linguae, nam in veterum quoque lingua Indorum [3]) invenitur. Recte contra reicit quam Apollonius Dyscolus [4]) olim fecit explicationem. Sed quaestio est, quousque tragici poetae illud dicendi genus receperint. Bernhardyus [5]) omnino scenicos poetas illum cognovisse usum quod negat mirum est. Nam Se. 696 *ἐξέζεσαν γὰρ Οἰδίπου κατεύγματα* et codex et priores editores et Hermannus pluralem verbi suo quisque certe iure praebent,

---

1) l. c. p. 41.

2) v. l. c. p. 26. Neque tamen tum quidem hanc Bauderi dissertationem legisse videtur. Accuratius autem Bauderus (l. c. pp. 18—23 30 sqq.) disseruit apud Homerum pluralem verbi positum esse aut in formulis quibusdam ex antiquiore loquendi usu traditis (*Θ* 130 *ἀμήχανα ἔργα γένοντο*) aut, cum neutrum plurale vel hominum vel animalium multitudinem significabat (B 92 *ἔθνεα πολλὰ ἐστιχόωντο*), aut cum res aliqua diversis locis vel diversis temporibus facta describebatur (B 397 *ὅτ' ἂν ἔνθ' ἢ ἔνθα γένωνται* sc. *κύματα*) aut cum neutri plurali adiungebatur numerale sive finitum sive infinitum, quo res singulae magis elucerent (*Π* 774 *πολλὰ δὲ χερμάδια — ἐστυφέλιξαν*) aut cum aliud vel masculini vel feminini generis nomen prope aberat (*Ψ* 545 *βλάβεν ἅρματα καὶ ταχέ' ἵππω*).

3) cf. Delbrueck. l. c. p. 26. — 4) v. synt. III 10 sq. — 5) cf. synt. p. 418.

cum Dindorfius, Weckleinius aliique ἐξέζεσεν posuerint. Sed illud eam ob causam poeta scripsit, quod singula Oedipi κατεύγματα intellegi voluit. Porro Sophocles pluralem verbi exhibuit, cum neutrum ad personas spectabat: Phil. 448 sqq. καί πως τὰ μὲν πανοῦργα καὶ παλιντριβῆ χαίρουσ᾽ ἀναστρέφοντες ἐξ Ἅιδου. Contra Ai. 669 singularem verbi reperimus: τὰ δεινὰ — τιμαῖς ὑπείκει. Eadem autem condicione ab aliis quoque scriptoribus saepius pluralis verbi usurpatus est; velut ab Euripide Or. 597 τά τ᾽ ἔνδον εἰσὶ, τά τε θύραζε δυστυχεῖς, Hec. 1136 [1]) τέκν᾽ ἐν χεροῖν ἔπαλλον. Qua in re non est necesse Hermannum [2]) sequamur ob eam solam causam dicentem verbi pluralem esse positum, quia παῖδες poetae in mente haesisset. — In prosam quoque Thucydidis orationem hic sermo irrepsit; cf. I 58 τὰ τέλη — ὑπέσχον αὐτοῖς. Apud Euripidem autem non solum, cum personae sed etiam cum omnino animalia intelleguntur, verbi pluralis legitur; ut Cycl. 204 sqq. βλαστήματα (i. e. ἄρνες καὶ ἔριφοι) — ἦ πρός γε μαστοῖς εἰσί.

§ 4.

Ad aliud procedo et id sane Graecae linguae proprium est scilicet ut verbum finitum plurali, participium ad illud spectans singulari exhibeatur. Nam Eu. 141 scriptum a poeta est:

ἀπολακτίσασ᾽ ὕπνον ἰδώμεθα

quo de loco Hartzius [3]) dicit ἀπολακτίσασα ita positum esse quasi sequeretur imperativus, imperativi autem notionem inesse subiunctivo ἰδώμεθα. Sed ἰδώμεθα re vera ita amplectitur ambas illas notiones ego et tu, ut participium singulare ad hanc tantum referatur.

Similiter legimus Phil. 645

χωρῶμεν ἐνδόθεν λαβὼν ὅπου σε χρεία καὶ πόθος μάλιστ᾽ ἔχει.

Quae iam non est quod pluribus explicem. Illam autem Dobreei

1) cf. Porsonum ad hunc versum. — 2) v. Herm. ad Vig. p. 738. — 3) cf. l. c. p. 18.

coniecturam *λαβόνθ'* quis est qui recipiat? licet elisio, quam vocant, in fine trimetri versus facta nihil habeat offensionis — invenitur enim ita interdum apud Sophoclem (cf. OR. 29. OC. 17. 1164). Nonne autem illum sermonem apud Aeschylum quoque inveniri itaque defendi videmus?

Haec habui de singularis et pluralis discrepantiis et confusionibus quae dicerem.

Caput II.

De plurali in verbo vel pronomine observationes.

§ 1.

Ac primum quidem de plurali modestiae et de plurali maiestatis loquemur. Saepe enim eum iuxta singularem verbi usurpatum (cf. Sophoclis El. 598 *εἰς ἡμᾶς ἢ ζῶ* —) atque etiam cum eo permixtum invenimus. Chorica cur hac in re neglegam, unus quisque intelleget. Ergo pro prima singularis verbi persona pluralis ponitur et pro *ἐγώ, ἐμοῦ, ἐμοί, ἐμέ ἡμεῖς, ἡμῶν, ἡμῖν, ἡμᾶς.* Quin etiam uno loco (OR. 989 sqq.) pro secunda verbi singularis persona secundam pluralis videmus esse usurpatam. Homerus quidem hoc, de quo agitur, plurali raro usus est: pluralis modestiae exemplum habes Od. XI 562 in Ulixis ad Aiacem oratione mitissima *ἀλλ' ἄγε δεῦρο, ἄναξ, ἵν' ἔπος καὶ μῦθον ἀκούσῃς ἡμέτερον;* pluralis maiestatis Il. *ν*. 257 (*ἔγχος-*) *τό νυ γὰρ κατεάξαμεν, ὃ πρὶν ἔχεσκον.* Od. XV 224 Iupiter ad Apollinem: *ἀλευάμενος* (sc. Neptunus) *χόλον αἰπὺν ἡμέτερον* XVI 441 (v. 434 *τὴν δ' αὖτ' Εὐρύμαχος, —, ἀντίον ηὔδα* —) *αἶψα οἱ αἷμα κελαινὸν ἐρωήσει περὶ δουρὶ ἡμετέρῳ* —. Nonnullis locis Herodotus quoque hunc pluralem exhibuit; ut I 37 *Ὦ πάτερ, τὰ κάλλιστα πρότερόν κοτε καὶ γενναιότατα ἡμῖν ἦν ἔς τε πολέμους καὶ ἐς ἄγρας φοιτέοντας εὐδοκιμέειν. νῦν δὲ ἀμφοτέρων με τούτων ἀποκληίσας ἔχεις, οὔτε τινὰ δει-*

λίην μοι παιδῶν οὔτε ἀθυμίην. Porro I 114. 177. III 85, 1 idem habes.

Proprie autem pluralis maiestatis usus a scenicis poetis excultus est.[1])

Et primus quidem quasi gradus eius usurpationis est is, ut plurali qui loquitur, cum suam sententiam cum ceteris communicare quam arroganter ipse pronuntiare malit, amicos vel socios sive praesentes sive non praesentes, quibus cum re, de qua agitur, aliquam esse scit communionem, eius rei participes faciat quam de se dicit. Is pluralis sive verbi sive pronominis, cum modestiae vel urbanitati inserviat, optimo iure nominatur modestiae. Velut Deianira Tra. 632 haec: *-πρὶν εἰδέναι τἀκεῖθεν εἰ ποθούμεθα.* His tam paucis verbis poeta mihi Deianiram pudicam atque verecundam esse mulierem significavisse videtur. Nam eam plurali *ποθούμεθα* se ipsam solam dicere quis est qui neget? Sed coram Licha eloqui *ποθοῦμαι* itaque desiderium suum Herculis (animadverte *τἀκεῖθεν*, quo plurali delicate coniugem suum indicat) confiteri mea quidem opinione pudore prohibetur. Quam ob rem suam ipsa personam quasi occultat pluralis usu, quippe cuius

1) Ad Latinos quoque scriptores animum intende. Apud eos enim ab initio ille pluralis prorsus non legitur, sed Cicero (cf. Draegeri hist. synt. linguae Lat. I p. 25) primus eo usus est (de divinatione 2,1 *scripsimus — tenebamus*; Catil. I 9 *video — mea voce — nobis;* ad Attic. V 50, 3 *imperatores appellati sumus*). Alii imprimisque poetae secuti sunt: Sallustius (*nos* Catil. 7, 10 et alibi), Vergilius (Aen. 2, 89 *et nos aliquod nomenque decusque gessimus*, eclog. 1, 6 *deus nobis haec otia fecit, namque erit ille mihi semper deus*), Horatius (carm. I 32 *si — lusimus tecum*), Ovidius (her. 5, 45 *et flesti et nostros vidisti flentis ocellos*). Imprimis autem Caesarianis, ut ita dicam, temporibus ille pluralis usurpatus est et maiestatis ab ipsis imperatoribus (nostra serenitas, n. excellentia, nostra maiestas et alia) et modestiae ab eis, qui illorum imperio subiecti et obnoxii erant (mediocritas nostra et similia), quibus exemplis excultam quasi aulicam linguam indicari recte dicit Draegerus. Praeterea observa, *nostra* ante vocabulum ponatur necne. Nam imperatores dicunt nostra maiestas et talia, i. e. maiestatis utuntur plurali, sed cives eorum subiecti mediocritas nostra et similia, i. e. pluralem modestiae usurpant, id quod etiam *nostra* postposito indicant.

quaedam communicatio atque societas propria sit. Alia eiusmodi exempla Sophoclea haec sunt: OR. 1419 Oedipus: *οἴ μοι τί δῆτα λέξομεν;* quibus verbis eius angustias atque molestiam cognoscimus. Porro OC. 189 sq. Oedipus: *ἵν' ἂν εὐσεβίας ἐπιβαίνοντες τὸ μὲν εἴποιμεν, τὸ δ' ἀκούσαιμεν, καὶ μὴ χρείᾳ πολεμῶμεν.* ib. 494. Phil. 974 Neoptolemus: *τί δρῶμεν; ἄνδρες;* (v. Ulixis in eodem versu verba *ὦ κάκιστ' ἀνδρῶν τί δρᾷς;*). Apud Aeschylum haec exempla inveni: Ag. 840 sqq. Agamemno: *κέαντες ἢ τεμόντες εὐφρόνως πειρασόμεσθα πήματος, τρέψαι νόσον· νῦν δ' ἐς μέλαθρα καὶ δόμους ἐφεστίους ἐλθὼν θεοῖσι πρῶτον δεξιώσομαι.* Atque illa verba *κέαντες-νόσον* Agamemno primum quidem ad se ipsum referri vult, id quod ex adverbio quoque *εὐφρόνως* apparet, sed ut praesentem chorum senum haud statim post reditum in trepidationem vocet, plurali utitur, qua re chorum quoque oratione sua respicere videatur. Sequentia autem verba *νῦν δὲ — δεξιώσομαι*, cum ad solum Agamemnonem pertineant, singularem continent. Cui loco similis est Eu. 454 sqq. *πάλαι πρὸς ἄλλοις ταῦτ' ἀφιερώμεσθα οἴκοισι καὶ βοτοῖσι καὶ ῥυτοῖς πόροις· ταύτην μὲν οὕτω φροντίδ' ἐκποδὼν λέγω.* Quae verba mihi vernacula lingua ita vertenda videntur: *Ich versuche schon längst in anderen Häusern* (i. e. *bei anderen*) *diese Sühne durch mir von ihnen gewährte Opfertiere* — i. e. *mit ihrer Hülfe.* His e verbis quae ratio inter loquentem et ceteros intercedat, propter quam pluralis positus sit, apparet. Idem habes Pe. 852 sq. Atossa: *ἀλλ' εἶμι καὶ λαβοῦσα κόσμον ἐκ δόμων ὑπαντιάζειν ἐμῷ παιδὶ πειράσομαι· οὐ γὰρ τὰ φίλτατ' ἐν κακοῖς προδώσομεν.* — Su. 240 rex: *ποδαπὸν ὅμιλον — προσφωνοῦμεν.*

Sed non solum modestiam vel pudorem vel urbanitatem eius qui loquitur, verum etiam iactantiam vel superbiam plurali pro singulari verbi posito expressam reperimus. Is pluralis suo iure maiestatis nominatur optimeque verti potest »homines qualis ego«. Eo enim, quod aliqua persona scenica quae ad se solam pertinent plurali generaliter ita pronuntiat, ut ad alias quoque personas referri videantur, speciem eius praebet, qui quasi cuiusdam hominum generis

causam suscipiat. Ea autem re apud eos qui spectant fabulas scenicarum rerum studium augeri apertum est. Quaeritur vero, utrum mulier, cum plurali se ipsam dicit, masculino genere sive adiectivi nominis sive participii utatur, id quod multi et docti homines usurpari putaverunt vel etiam nunc putant, an haec opinio reicienda sit. Euripideum quidem sermonem ut inquirerem mihi non proposui. De Aeschyleo et Sophocleo postea.

Exempla autem pluralis maiestatis inveni haec: Ai. 775

τότ' ἀντιφωνεῖ δεινὸν ἄρρητόν τ' ἔπος.
ἄνασσα, τοῖς ἄλλοισιν Ἀργείων πέλας
ἵστω, καθ' ἡμᾶς δ' οὔποτ' ἐκρήξει μάχη.

ib. 1139. Teucer: *οὐ μᾶλλον, ὡς ἔοικεν, ἢ λυπήσομεν.* ib. 1261 Agamemno: *ὅστις πρὸς ἡμᾶς ἀντί σου λέξει τὰ σά.* 1320 idem: *οὐ γὰρ κλύοντές ἐσμεν αἰσχίστους λόγους τοῦδ' ὑπ' ἀνδρὸς ἀρτίως.* Ant. 634 Creon: *ἢ σοι μὲν ἡμεῖς πανταχῇ δρῶντες φίλοι;* ib. 680 idem: *κοὐκ ἂν γυναικῶν ἥσσονες καλοίμεθ' ἄν.* ib. 726 idem: *οἱ τηλικοίδε καὶ διδαξόμεσθα δὴ φρονεῖν ὑπ' ἀνδρὸς τηλικοῦδε τὴν φύσιν;* OR. 437 Tiresias: *ἡμεῖς τοιοίδ' ἔφυμεν, ὡς μέν σοι δοκεῖ, μῶροι.* Phil. 91 sq.: *οὐ γὰρ ἐξ ἑνὸς ποδὸς ἡμᾶς τοσούσδε πρὸς βίαν χειρώσεται.*

Sed etiam longius progressum pluralis maiestatis usum in eis exemplis videmus, ubi inter loquentem personam et alias iam non intercedit ratio, sed ad illam solam oratio pertinet, id quod saepe confusione numerorum intellegitur. Quibus in exemplis pluralis neque maiestatem neque modestiam neque aliam certam animi affectionem exprimit. Et reperitur quidem saepissime in dialogis, i. e. in cotidianae vitae sermone. Velut apud Sophoclem nuntii praecipue plurali pro singulari utuntur. Qua re hunc pluralem etiam in Attico sermone cotidiano usitatum fuisse debere forsan dixeris. Neque tamen sermo pedester Lysiae similiumque idem ostendit. Quae res non satis video quo modo explicari debeat. Ceterum apud Aeschylum ille pluralis multo rarius legitur. Ab Euripide autem, quem potissimum ad pedestre dicendi genus se accommodavisse notum est, maxime eum esse positum, qui accuratius hanc rem tractaverit, intelleget.

Sed enim apud Aeschylum haec repperi exempla:

Pe. 232 sq. Atossa: *ταῦτα — πάντα θήσομεν θεοῖσιν — εὖτ' ἂν εἰς οἴκους μόλωμεν.* Cho. 200 Electra *ἀλλ' εἰδότας μὲν τοὺς θεοὺς καλούμεθα.* ib. 687 Clytaemestra: *οἲ 'γὼ κατ' ἄκρας ἐνπᾶς ὡς πορθούμεθα.* Eu. 770 Orestes: *αὐτοὶ γὰρ ἡμεῖς ὄντες ἐν τάφοις τότε τοῖς τἀμὰ παρβαίνουσι νῦν ὁρκώματα — πράξομεν — ὁδοὺς ἀθύμους,* quo loco *ἡμεῖς* propter *ὄντες ἐν τάφοις* ad Orestem solum spectat. Contra Sophocles haec exempla praebet: Ai 406 sqq. Aias: *μενῶ — μώραις δ' ἄγραις προσκείμεθα, πᾶς δὲ στρατὸς δίπαλτος ἄν με χειρὶ φονεύοι.* ib. 666 sq. idem: *τοι γὰρ τὸ λοιπὸν εἰσόμεσθα μὲν θεοῖς εἴκειν, μαθησόμεσθα δ' Ἀτρείδας σέβειν.* ib. 738 nuntius: *βραδεῖαν ἡμᾶς ἆρ' ὁδὸν πέμπων ἔπεμψεν.* 823 Aias: *οὕτω μὲν εὐσκευοῦμεν.* ib. 826 Ant. 407 nuntius: *ὅπως γὰρ ἥκομεν, πρὸς σοῦ τὰ δείν' ἐπηπειλημένοι.* ib. 1194 idem (*τί γάρ σε μαλθάσσοιμ' ἂν*) *ὧν εἰς ὕστερον ψεῦσται φανούμεθα.* 1253 idem: *ἀλλ' εἰσόμεσθα — δόμους παραστείχοντες.* 1687 *ὦ παῖ, σὺ δ' ἡμᾶς ἄπαγε πρὸς δόμους,* quae verba Tiresias facit. OR. 1458 Oedipus: *ἀλλ' ἡ μὲν ἡμῶν μοῖρ' — ἴτω.* Tra. 1029 Heracles: *θρώσκει δειλαία διολοῦσ' ἡμᾶς — νόσος.* Phil. 65 Ulixes: *καθ' ἡμῶν* (se solum dicit). OR. 145 (*ὡς πᾶν ἐμοῦ δράσοντος*) *ἢ γὰρ εὐτυχεῖς σὺν θεῷ φανούμεθ' ἢ πεπτωκότες.* Et hic quidem versus eam quoque ob causam memoratu dignus est, quod vere est tragicus, qualibus cum haud raro obscuri aliquid atque dubii insit, Sophocles uti amat. Nam eo Oedipum omnes Thebanos, non se solum significare, quis est quin intellegat? Illud autem in eo est vere tragicum, quod pluralem ad eum solum pertinere iudicamus qui loquitur, et rex revera solus postea is est, qui *πίπτει*, itaque tunc am suas ipse res adversas nescius praesagit. — Huc traho etiam OR. 1501 Oedipus: *γύναι, νοεῖς ἐκεῖνον, ὅντιν' ἀρτίως μολεῖν ἐφιέμεσθα.* OC. 74. 347. 734 *ἡμὶν ἁμὲ χρὴ* — 799 *οὐ γὰρ ἂν κακῶς οὐδ' ὧδ' ἔχοντες ζῶμεν, εἰ τερποίμεθα.* El. 597 *πᾶσαν ἵης γλῶσσαν, ὡς τὴν μητέρα κακοστομοῦμεν,* quae Electrae verba ad Clytaemestram diriguntur. Mihi quidem poeta hoc loco plurali *κακοστομοῦμεν,* quo quae ad unam Electram

spectant ad plures transferuntur, illam tam acerbam enuntiationem imminuere voluisse videtur, idque quod voluit adeo assecutus est. Nam in plurali *κακοστομοῦμεν* sensum minus severum inesse quam *κακοστομῶ* haberet, perspicuum est. Plane idem habes El. 582 *εἰ γὰρ κτενοῦμεν ἄλλον ἀντ' ἄλλου.* Porro apud Sophoclem haec exstant exempla: El. 773 paedagogus: *μάτην ἄρ' ἡμεῖς, ὡς ἔοικεν, ἥκομεν.* ib. 787 Clytaemestra (v. 784 *ἥδε γὰρ μείζων βλάβη ξύνοικος ἦν μοι*) *νῦν δ' ἕκηλά που — ἡμερεύομεν.* ib. 934 *ἔσπευδον — ἵν' ἦμεν.* ib. 1020 Electra (*ἀλλ' αὐτόχειρί μοι μόνῃ τε δραστέον τοὔργον τόδ'*) *οὐ γὰρ δὴ κενόν γ' ἀφήσομεν.* Tra. 229 nuntius: *ἀλλ' εὖ μὲν ἵγμεθ' — εὖ δὲ προσφωνούμεθα* ib. 390 idem: *ἡμεῖς δὲ προσμένωμεν;* ib. 1145 Heracles: *οἴ μοι φρονῶ δὴ ξυμφορᾶς ἵν' ἕσταμεν.* Phil. 404 Philoctetes: *πρὸς ἡμᾶς, ὦ ξένοι, πεπλεύκατε;* 738. 795 idem: *ἡμᾶς μὲν ὡς δούλους σαφῶς πατὴρ ἄρ' ἐξέφυσεν οὐδ' ἐλευθέρους.* 1137 *ἐφ' ἡμίν.* 1364 *ἡμᾶς ἀπείργειν.* 1268 *ἆρα δεύτερον δολούμεθα.* 1393. 1462 *λείπομεν ὑμᾶς, λείπομεν ἤδη, δόξης οὔποτε τῆσδ' ἐπιβάντες.*

Vicissitudinem quidem numerorum apud Sophoclem praeter nonnulla, quae modo attulimus exempla, his locis habes: Ant. 734 Creon *πόλις γὰρ ἡμῖν ἁμὲ χρὴ τάσσειν ἐρεῖ;* Phil. 404 *πρὸς ἡμᾶς, ὦ ξένοι, πεπλεύκατε καί μοι προσᾴδεθ' ὥστε* — 738 *σωτῆρας* (sc. *θεούς*) — *ἡμῖν μολεῖν* (741 *ἀπόλωλα*). ib. 809 sqq: *ἀλλ' ἀντιάζω, μή με καταλίπῃς μόνον. — θάρσει, μενοῦμεν. — ἦ μενεῖς; σαφῶς φρόνει. — οὐ μήν σ' ἔνορκόν γ' ἀξιῶ θέσθαι τέκνον. — ὡς οὐ θέμις γ' ἐμοὔστι σοῦ μολεῖν ἄτερ.* ib. 995 *οἴ μοι τάλας. ἡμᾶς.* 1393 *εἰ σέ γ' ἐν λόγοις πείθειν δυνησόμεσθα μηδὲν ὧν λέγω.* 1461 sqq. Ai 677 sq. Aias: *ἡμεῖς δὲ πῶς οὐ γνωσόμεσθα σωφρονεῖν; ἐπίσταμαι γάρ.* 738 sq. nuntius: *βραδεῖαν ἡμᾶς ἆρ' ὁ τήνδε τὴν ὁδὸν πέμπων ἔπεμψεν, ἢ 'φάνην ἐγὼ βραδύς;* ib. 821 sqq. *ἔπηξα δ' αὐτὸν εὖ περιστείλας ἐγώ, εὐνούστατον τῷδ' ἀνδρὶ διὰ τάχους θανεῖν. οὕτω μὲν εὐσκευοῦμεν.* Ex omnibus his exemplis Sophoclem quidem cautiorem in una eademque enuntiati parte numeros non mutavisse apparet. Quid vero? De Euripide potestne idem dici? Iuvat in comparationem

vocare Herc. fur. 850: ἥλιον μαρτυρόμεσθα δρῶσ' ἃ δρᾶν οὐ βούλομαι. Iph. Taur. 340 ἠγριώμεθα δοκοῦσα. Ibidem 566 ἥκομεν — σπεύδουσα. Io. 261 οἴκοι δὲ τὸν νοῦν ἔνθαδ' οὖσά που. ib. 1251 διωκόμεσθα — κρατηθεῖσα — ἔκδοτος δὲ γίνομαι. Id discrimen inter Sophocleum sermonem et Euripideum[1]) intercedens quod nemo unquam vir doctus observavit, valde miror. Hermannus[2]) quidem nihil de hac re nisi: *Pertinet*, inquit, *ad anacolutha etiam consociatio diversorum numerorum sive ea in uno sit orationis membro ut Herc. fur. 850 ἥλιον μαρτυρόμεσθα δρῶσ' ἃ δρᾶν οὐ βούλομαι sive* — et quae sequuntur. An in δρῶσ' αι expulsum est, non α? Nam elisio litterarum αι etiam apud Sophoclem invenitur: ut Tra. 216 ἀείρομ' (sc. -αι), Phil. 1071 λειφθήσομ' ἤδη, quo loco Wakefieldius coniecturam fecit λειφθήσομαι δή, quam Dindorfius aliique receperunt. Sed, ut rem brevibus verbis absolvamus, in δρῶσα illo non αι sed α supplendum esse ex aliis eiusmodi locis Euripideis perspicimus (Herc. fur. 1194 sq. ἱκετεύομεν προσπίτνων. Io. 1252 sq.). Wrobelius nimirum, cum ex illis tam crebris exemplis Sophocleis unum solum invenerit (El. 935 οὐκ εἰδυῖ' ἄρα ἵν' ἦμεν ἄτης), ne discrimen quidem illud inter Sophocleum usum et Euripideum intercedens observare potuit. Qua e sermonum differentia quid concludi possit, non est quod pluribus explicem.

2.

Alia autem res est cum aliqua persona plurali verbi vel pronominis ita utitur, ut eas quoque quae non adsunt, de quibus tamen sive paulo ante locuta est sive tunc ipsum cogitat, oratione amplectatur. Velut Ag. 1278 sqq. (cf. v. 1261, 1280) Cassandra οὐ μήν, inquit, ἄτιμοί γ' ἐκ θεῶν τεθνήξομεν. ἥξει γὰρ ἡμῶν ἄλλος αὖ τιμάορος, μητροκτόνον φίτυμα, ποινάτωρ πατρός. Quo

---

1) cf. Propert. IV 5,1 *Dic mihi de nostra puella.* Ovidii her. 5,45. *Et flesti et nostros vidisti flentis ocellos.*

2) v. ad. Vig. p. 897.

loco in dubium vocari non potest, quin illa non se solam dicat pluralibus *τεθήξομεν* et *ἡμῖν* sed etiam Agamemnonem. Similiter Pe. 493 nuntius: *ἔς τε Μακεδόνων χώραν ἀφικόμεσθα.* Apud Sophoclem idem habes El. 656: Clytaemestra: *ὦ Λύκει᾽ Ἄπολλον ἵλεως κλύων δὸς πᾶσιν ἡμῖν ὥσπερ ἐξαιτούμεθα.* In vocibus enim *πᾶσιν ἡμῖν* regina se ipsam et amicos intellegit. Sed etiam acutius dictum est; nam ambigua prorsus verba et plane orantem Clytaemestram audimus, ut inimicis quoque suis petentibus deus satisfaciat itaque se ipsam puniat, id quod poeta mihi etiam vocibus *ἵλεως κλύων* significavisse videtur. Porro Ai. 21/23/25 legimus Ulixis verba: *νυκτὸς γὰρ ἡμᾶς τῆσδε πρᾶγος ἄσκοπον ἔχει περάνας* —, quae ad ceteros quoque Graecos referenda sunt, quorum tamen nemo adest. Eiusdem generis est ib. v. 1241 sqq. Agamemno enim non se solum sed etiam ceteros Graecos dicit verbis: *εἰ πανταχοῦ φανούμεθ᾽ ἐκ Τεύκρου κακοί, κοὐκ ἀρκέσει ποθ᾽ ὑμὶν οὐδ᾽ ἡσσημένοις εἴκειν* ib. 1274 plane idem habes; Teucer: *οὐ μνημονεύεις οὐκέτ᾽ οὐδὲν ἡνίκα ἑρκέων ποθ᾽ ὑμᾶς οὗτος ἐγκεκλῃμένους — ἤδη τὸ μηδὲν ὄντας ἐν τροπῇ δορὸς ἐρρύσατ᾽ ἐλθὼν μοῦνος;* hoc quoque loco ex eis, qui in pronomine *ὑμᾶς* intelleguntur, unus adest Agamemno.

Praeterea in eum numerum adscribo: Ai. 1277. Agamemno: *καθ᾽ ἡμῶν ὧδ᾽ ἀνοιμωκτὶ χανεῖν.* ib. 1362. 1399. Ant. 487 *ἀλλ᾽ εἴτ᾽ ἀδελφῆς εἴθ᾽ ὁμαιμονεστέρα τοῦ παντὸς ἡμὶν Ζηνὸς ἑρκείου κυρεῖ.* El. 1202 *οὐ δήπουθ᾽ ἡμῖν ξυγγενὴς ἥκεις ποθέν;* O.R. 755 interrogat Oedipus Iocasten *τίς ἦν ποτε ὁ τούσδε λέξας τοὺς λόγους ὑμῖν, γύναι;* Pronomen *ὑμῖν* hic praeter Iocasten, quam ille compellat, ad ceteros quoque Thebarum incolas pertinet, e quibus chorus ipse adest sed quocum nempe Oedipus non colloquitur. Conferatur autem Herodoti VII 160 *ὦ ξεῖνε Σπαρτιῆτα — ὅκου δὲ ὑμεῖς οὕτω περιέχεσθε τῆς ἡγεμονίης.* Porro huc spectat O.C. 70, ubi Oedipus verbis *ἆρ᾽ ἄν τις αὐτῷ πομπὸς ἐξ ὑμῶν μόλοι;* plures videtur interrogare, cum unus solus praesto sit. El. 391 *ὅπως ἀφ᾽ ὑμῶν ὡς προσωτάτω φύγω* non ad Chrysothemidem unam referenda sunt sed ad alias quoque imprimisque ad Clytaemestram et Aegis-

thum, qui tamen absunt. Similiter OC 1037. El 24 ὡς μοι σαφῆ σημεῖα φαίνεις ἐσθλὸς εἰς ἡμᾶς γεγώς, quo loco Orestes etiam sorores suas dicit. El. 762. 1143. Tra. 59 sq. Phil. 8. 247. — OR 1504 ὦ παῖ Μενοικέως, ἀλλ' ἐπεὶ μόνος πατὴρ ταύταιν λέλειψαι, νὼ γάρ, ὣ 'φυτεύσαμεν, ὀλώλαμεν δύ' ὄντε. Ea verba Oedipus de se et de Iocaste, muliere sua iam mortua facit, id quod manifestum est.

Huc traho etiam El. 399, ubi Electra: πεσούμεθ' εἰ χρή, πατρὶ τιμωρούμενοι. Quo de loco multi viri docti disputaverunt. Et Matthiaeus[1]) quidem hoc loco usus est, ut doceret tragicos poetas masculinum genus pro feminino posuisse duabus potissimum de causis: *et primum quidem ibi id accidisse, ubi de una muliere pluralis pro singulari usurpetur velut El 399 πεσούμεθα — τιμωρούμενοι: de Electra et Chrysothemide.* Sed, ut hanc statim opinionem paucis reiciam, mea quidem opinione Electra Chrysothemidem, quippe quae omni modo illius animum flectere conetur, illis verbis prorsus non complectitur. At Chrysothemis sola adest choro excepto, qui scilicet dictus esse non potest. Quid ergo? Itaque inde exordiar, ut comprobem atque confirmem cum de pluribus mulieribus agitur femininum genus adhiberi ex his exemplis apparere: Pe. 547 αἱ δὲ — Περσίδες λέκτρων εὐνὰς-ἀφεῖσαι. Eu. 358 ch. διόμεναι. Su. 9ch. ὀνοταζόμεναι. Ant. 3 οὐχὶ νῷν ἔτι ζώσαιν τελεῖ; OC 1617 sq οὐ ζητώμεναι τὸ λοιπὸν ἤδη τὸν βίον διάξετον. Porro Euripidis Io. 1115 sq οὔτι που λελήμμεθα — ἐκπορίζουσαι φόνον. 1122 πεπυσμέναι γὰρ εἰ — Contra Sophoclis El. 1059 sq, ubi mulierum chorus canit τί τοὺς-οἰωνοὺς ἐσορώμενοι —, participium non ad mulieres solas chori sed ad omnes homines spectat. Jam vero Bernhardyus[2]), vir subtilissimus, de hac re disputans, locum illum ita explicat, ut Electra de se loquatur amicos leviter significans. Quam falsam esse opinionem

1) cf. gram. Graec. § 436, 4a.

2) cf. synt. Graec. p. 429.

ex eo ipso colligi potest, quod e nullo totius fabulae loco cognovimus, Electra habuerit amicos necne. Nam si eos habuisset, id certe commemoratum esset. Qui autem sub verbis illis *πεσούμεθα — τιμωρούμενοι* intelleguntur? Solane Electra? Sane plures homines docti eam sententiam habent. Kruegerus[1]) enim mulierem de se plurali loquentem adiectivorum nominum masculinum genus usurpare dicit; et G. Hermanni[2]) de hac re haec sunt verba: *Ubi de una muliere masculinum genus ponitur, semper plurali numero utuntur, et vicissim, ubi pluralem de muliere ponunt, masculinum genus usurpant. Sophoclis El. 399. Ant. 926.* — Similem habent opinionem Kuehnerus[3]) et Wrobelius[4]), qui, *masculinam*, inquit, *adiectivis formam tribuebant propterea quod, quo maior esset illa efficacitas, ita erat construenda oratio, ut non solum mulieres eas sed in universum homines videretur denotare.* Alio autem loco[5]) hic vir de Euripideo eius modi exemplo (Iph. Aul. 1002 *πάντως δέ μ' ἱκετεύοντες ἥξετ' εἰς ἴσον, εἴτ' ἀνικέτευτος ᾖς*) aliam in eadem re sententiam dixit. Verba enim eius ibi haec sunt: *Achilles compellans Clytaemestram pluralem numerum primum ponit, alios simul in supplicandi societatem venientes in mente habens, mox ad Clytaemestram solam advertit.* Et hoc quidem mihi recte iudicatum videtur. Sed quid ego alios? ad me ipsum iam revertar. Nam hac quidem de re illorum hominum doctissimorum opiniones falsas a falsaque pluralis interpretatione profectas esse confido. Confugiat mihi explicatio ad illam legem grammaticam, qua adiectiva nomina vel participia, si ad personas masculini et feminini generis simul referuntur, in masculino ponuntur. Ea lex nonne ad illud quoque Sophocleum exemplum (El. 399) optime adhiberi potest? Huc traho illa Bernhardyi[6]) verba: *So-*

1) cf. Att. synt. § 43, 1, 3.
2) ad Vig. p. 714.
3) gram. Graec. § 371,2 (vol. II p. 73).
4) l. c. pp. 16—23.
5) l. c. p. 53.
6) cf. synt. Graec. p. 429.

dann verband man stets mit der Pluralform von Adjectiven oder Participien auch das Masculinum, wobei die Beziehung auf Weiber vermutlich nicht ohne Rücksicht auf eine Umgebung und Vereinigung von verschiedenartigen Personen stattfand. Equidem nempe eam habeo opinionem, ut Electra illis verbis (*πεσούμεθα — τιμωρούμενοι*) masculinam quoque aliquam personam simul indicet, Orestem scilicet. De eo enim re vera Electram cogitare, dum illa verba facit, sic demonstrari posse puto. Primum illud hac in re haud parvi momenti est, quod nihil contra hanc sententiam posse dici videtur, contra quod is qui eam sequitur in notissima lege grammatica agnoscenda acquiescere potest. Deinde Electram sane in mente habere Orestem cum re, quae agitur, optime convenit, cum in uno Oreste illa spem posuerit, socium atque amicum habeat unum Orestem, qui una cum ipsa patris ulciscendi causa mori velit, cum neque Chrysothemis neque alia quaequam persona tale quid facere in animo habuerit. Praeterea paulo ante de ipso Oreste Electra cum choro sermonem fecit; adeo in cogitationibus eius frater haerebat. Vide versus 317—327: *XO* (i. e. coryphaeus[1]) scilicet)

καὶ δή σ᾽ ἐρωτῶ, τοῦ κασιγνήτου τί φῄς,
ἥξοντος ἢ μέλλοντος; εἰδέναι θέλω.
HΛ *φησίν γε, φάσκων δ᾽ οὐδὲν ὧν λέγει ποιεῖ.*
XO *φιλεῖ γὰρ ὀκνεῖν πρᾶγμ᾽ ἀνὴρ πράσσων μέγα.*
HΛ *καὶ μὴν ἔγωγ᾽ ἔσωσ᾽ ἐκεῖνον οὐκ ὄκνῳ.*
XO *θάρσει· πέφυκεν ἐσθλός, ὥστ᾽ ἀρκεῖν φίλοις.*
HΛ *πέποιθ᾽, ἐπεί τἂν οὐ μακρὰν ἔζων ἐγώ.*
XO *μὴ νῦν ἔτ᾽ εἴπῃς μηδέν· ὡς δόμων ὁρῶ*
τὴν σὴν ὅμαιμον, ἐκ πατρὸς ταὐτοῦ φύσιν,
Χρυσόθεμιν, ἔκ τε μητρὸς ἐντάφια χεροῖν
φέρουσαν, οἷα τοῖς κάτω νομίζεται.

Contra dixerit quispiam Electram in sermone cum Chrysothemide facto Orestem prorsus non commemorare. Sed enim

---

1) v. Muffii chorische Technik des Sophocles p. 131.

Chrysothemis tum de adventu Orestis nihil omnino scire debuit, id quod nemo negabit. Et re vera nihil ei de hac re erat notum, ita ut optime chorus illa verba (v. 324) diceret. Denique Electra coram Chrysothemide ne in illo quidem versu 399 quidquam certi aut perspicui de fratre enuntiare debuit. Ergo hoc loco Electra plurali illo de quo disputatur semet ipsam indicans Orestem simul indicavit, qui ut abest ita in mente eius haeret.

Vereor ne molestus fuerim de hoc exemplo diutius disserens. Eadem autem res est in pluralibus illis a Tecmessa exhibitis Ai 272 *ἀνὴρ ἐκεῖνος, ἡνίκ' ἦν ἐν τῷ νόσῳ, αὐτὸς μὲν ἥδεθ' οἷσιν εἴχετ' ἐν κακοῖς, ἡμᾶς δὲ τοὺς φρονοῦντας ἠνία ξυνών.* Verba haec Tecmessa coram choro facit, qui duodecim[1]) militibus continetur (cf. v. 201 sqq. 348 sq. aliosque). Nonne prorsus inepte *ἡμᾶς τοὺς φρονοῦντας* ad Tecmessam solam adhiberemus exclusis illis Aiacis militibus, qui aderant et a furente Aiace non minus vexabantur quam eius mulier? Idem porro mihi in eiusdem verba Tecmessae cadere videtur, quae legis versu 269: *ἡμεῖς ἄρ' οὐ νοσοῦντες ἀτώμεσθα νῦν.* Huc spectat etiam Cho. 712 sq, ubi Clytaemestra *ἡμεῖς δὲ*, inquit, *ταῦτα τοῖς κρατοῦσι δωμάτων κοινώσομέν τε κοὐ σπανίζοντες φίλων βουλευσόμεσθα τῆσδε συμφορᾶς πέρι.* Nam ut sub *ἡμεῖς — κοινώσομεν* non solum Clytaemestra sed etiam alii intellegi possunt, ita *τοῖς κρατοῦσι δωμάτων* illa Aegisthum imprimis significat, quem participio *σπανίζοντες* una cum regina dici perspicuum est. Vertendum igitur est vernacula lingua: »und dann wollen wir, haben wir doch an Freunden keinen Mangel, mit ihnen berathen.« Quid? idemne de Tra. versibus 490 sqq iudicandum? Ibi enim Deianira: *ἀλλ' ὧδε*, inquit, *καὶ φρονοῦμεν ὥστε ταῦτα δρᾶν, κοὔτοι νόσον γ' ἐπακτὸν ἐξαρούμεθα θεοῖσι δυσμαχοῦντες.* Eisne tibi verbis illa Licham quoque praesentem ita complecti videtur, ut eandem se dicat opinionem habere cum eo? Equidem nescio an hoc loco nobis magis pluralis maiestatis praebeatur. Superest unus locus Ant. 926, ubi legimus haec verba Antigonae: *παθόν-*

---

1) cf. Muffi chorische Technik des Sophocles p. 53.

τες ἂν ξυγγνοῖμεν ἡμαρτηκότες. Eum quoque dubium esse censeo. Potest autem sequendus esse videri Dindorfius hos una cum ceteris versus secludens.

3.

Haec de prima pluralis persona. De secunda quid statuendum sit nunc videamus. Qua in causa summa cautione utamur necesse est. Saepe enim vocativus casus in singulari numero, verbum autem, quod ad eum pertinet, in plurali ita legitur, ut non solum illa una persona, cuius gratia vocativus positus est, verum etiam aliae simul dicantur. Et supra quidem nonnulla eiusmodi exempla commemoravimus: OR. 655. OC. 70. El. 391. Sed in his ex eis personis, quas pluralis verbi indicat, ea sola aderat, quam vocativus denotabat; cf. OR. 755 τίς ἦν ποτε ὁ τούσδε λέξας τοὺς λόγους ὑμῖν, γύναι; Contra aliis locis quamquam omnes eae personae adsunt, quae plurali verbi appellantur, nihilo minus de una sola vocativus ideo usurpatur, ut haec una distinguatur. Vide OC. 1112 ἐρείσατ᾽, ὦ παῖ, πλευρὸν ἀμφιδέξιον. Quo loco pluralem maiestatis non praeberi e sequentibus verbis apparet ἐμφύντε τῷ φύσαντι, κἀναπαύσατον τοῦ πρόσθ᾽ ἐρήμου — πλάνου. καί μοι τὰ πραχθέντ᾽ εἴπαθ᾽ ὡς βράχιστα. Idem habes OC. 1104 προσέλθετ᾽, ὦ παῖ, καὶ τὸ μηδαμὰ ἐλπισθὲν ἥξειν σῶμα βαστάσαι δότε. Phil. 369 sq. ὦ σχέτλι᾽, ἦ τολμήσατ᾽ ἀντ᾽ ἐμοῦ τινι δοῦναι τὰ τεύχη τἀμά. Simili modo dualis quoque verbi cum singularis vocativo casu coniungitur: OC. 1102 ὦ τέκνον, ἦ πάρεστον; Atque iam apud Homerum similis res est: Od. β 310 τὸν δ᾽ αὖ Τηλέμαχος πεπνύμενος ἀντίον ηὔδα· Ἀντίνο᾽, οὔπως ἔστιν ὑπερφιάλοισι μεθ᾽ ὑμῖν δαίνυσθαι. ib. μ 82 νῆα ἰθύνετε, φαίδιμ᾽ Ὀδυσσεῦ. Cf. etiam Platonis Prot. 311 εἰπέ μοι ὦ Σώκρατές τε καὶ Ἱππόκρατες, τί ἐν νῷ ἔχετε;

Quid vero? omnesne loci ad unum hac ratione explicandi sunt? Minime vero. Equidem certe pluralem maiestatis agnosco OR. 989 sqq:

nuntius: *ποίας δὲ καὶ γυναικὸς ἐκφοβεῖσθ' ὕπερ;*
Oedipus: *Μερόπης, γεραιέ, Πόλυβος ἧς ᾤκει μέτα·*
nuntius: *τί δ' ἔστ' ἐκείνης ὑμὶν ἐς φόβον φέρον;*

Nam pluralibus *ἐκφοβεῖσθε* et *ὑμὶν* Oedipum solum neque Iocasten simul dici ut non ex eo, quod ille solus loquitur, ita e sententiarum conexu atque argumento orationis recte concludi censeo. Oedipus enim solus metu afficitur, Iocaste iterum ac saepius eius trepidationem sedare conatur. Quae cum ita sint, tamen huc non spectat Sophoclis El. 1225 *ἰὼ γοναὶ, γοναὶ σωμάτων ἐμοὶ φιλτάτων ἐμόλετ' ἀρτίως*, de quo loco falso Jacobus[1]): *pluralem*, ait, *laetitiae signum esse et Orestem a sorore compellari quasi dixisset σῶμα ξυναίμου φιλτάτου*; nam mihi Orestes et Pylades appellari videntur.

4.

Aliter res se habet OC. 1627:

καλεῖ γὰρ αὐτὸν πολλὰ πολλαχῇ θεός,
ὦ οὗτος, οὗτος, Οἰδίπους, τί μέλλομεν χωρεῖν;

Quo exemplo aeque ac Phil. 837, ubi scriptum est (*ὁρᾷς ἤδη*) *πρὸς τί μενοῦμεν πράσσειν*; prima pluralis persona pro singularis secunda posita est. Qua personarum permutatione quidnam tandem efficitur? Mitem atque lenem hanc esse adhortationis formam an est qui non sentiat? Nam is qui talia verba facit, cum per secundam singularis personam eum, ad quem orationem dirigit, offendere vereatur, id quod vocibus *τί μέλλεις χωρεῖν;* vel *τί μένεις πράσσειν;* fieret, pluralis utitur prima persona, qua re cum sibi quoque cunctandi crimen tribuat, crimen ipsum imminuitur. Multo enim verecundius dicitur *τί μέλλομεν χωρεῖν;* quam *τί μέλλεις χωρεῖν;*[2])

---

1) v. l. c. p. 39.

2) Compara Od. 4,138. 6:32 *ἴδμεν* pro *οἶσθα*; Euripidis Med. 1231. El. 755 quibus locis *τί μέλλομεν;* legitur. Inspice etiam Schneidewini ad OC. 1627 adnotationem.

5.

Sed iam ad id pervenimus, ut de plurali eorum verborum ac nominum disseramus quae ad personas pertineant. Cuius rei exempla *γοναί*, *σπέρματα*, *γάμοι*, *νυμφεῖα* similia postea tractabimus. Pluralis autem propriorum nominum, quo significatur amplius genus hominum, qui unius illius, cuius nomen adest, similes sint, raro invenitur; tantum Ag. 440: *Χρυσηΐδες* tales puellas indicant qualis Chryseis. Amatur autem hic pluralis in titulis maxime comoediarum ut *Ἀρχίλοχοι*[1]), *Κλεοβουλῖναι*, *Ὀδυσσῆς*, *Χείρωνες*. Iam intellexit eam rem Pseudo-Longinus[2]) ille auctor *περὶ ὕψους* Platonicum quoque huius usus exemplum afferens: *οὐ γὰρ Πέλοπες οὐδὲ Κάδμοι συνοικοῦσιν ἡμῖν.*[3]) Quod quia ad nos non pertinet, reliqua videamus.

Saepe enim apud Aeschylum et Sophoclem pluralis indefinite positus ibi legitur, ubi res consilio obscuratur velut in oraculis vel tum, cum quis cautior certam unam personam nominare non audet. Idem fecit de hac re Naegelsbachius iudicium, his verbis[4]): *Der Plural ist der indefinitus*, *der in allen Sprachen den eigentlich gemeinten Einzelnen unter die Mehrheit versteckt.* Exemplum est OR. 308, ubi in oraculo legitur: *ἔκλυσιν μόνην ἂν ἐλθεῖν τοῦδε τοῦ νοσήματος, εἰ τοὺς κτανόντας Λαΐον μαθόντες ἢ κτείναιμεν ἢ γῆς φυγάδας ἐκπεμψαίμεθα.* Quo loco voces *τοὺς κτανόντας Λαΐον* ex poetae consilio obscuri aliquid continent, quod oraculorum proprium est. Nam hic ipse pluralis postea magni est momenti, cum, id quod subtiliter a Sophocle factum est, fabulae exitum retardet.[5]) Oedipus enim magno metu diu vexatus, ne ipse patrem interfecerit, eo se consolatur,[6]) quod secundum oraculum

1) cf. Muffii chor. Graecae ante Aristophanem com. pp. 23. 27. 28. 35.

2) v. de sublim. XXIII 2–5.

3) cf. Menex. p. 245 D.

4) adnotat. ad Il. III 106.

5) v. Zwirnemanni »Mit welchem Rechte wird Sophocles als einer der vorzüglichsten Schüler Homers bezeichnet?« p. 5. sq.

6) cf. v. 842 sqq.

plures Laium necavissent. Etiam Cho. 885 *τὸν ζῶντα κταίνειν τοὺς τεθνηκότας λέγω*, quae Orestes coram Clytaemestra dicit, postquam modo Aegisthum cecidit, pluralis *τεθνηκότας* pro singulari consilio et eam ob causam positus est, ut in dubium vocetur quinam significentur. — Similiter se per pluralem designat Orestes El. 1477: *οὐ γὰρ αἰσθάνει πάλαι ζῶντας θανοῦσιν οὕνεκ' ἀνταυδᾷς ἴσα*; Creon Ant. 1263: *ὦ κτανόντας τε καὶ θανόντας βλέποντες ἐμφυλίους.* Alibi alia de causa pluralis pro singulari de una persona usurpatus est. Nam Ant. 1173 nuntius *οἱ δὲ ζῶντες*, inquit, *αἴτιοι εἰσίν*, quibus verbis tecte Creontem significat, cum eius culpa natas esse res adversas clare dicere non audeat.

Aliud autem exemplorum genus eis efficitur, quae scripta sunt, ut ad ea Kruegeri[1]) verba adhibeamus: *ursprünglich wohl, um dem speciellen Satze einen Anstrich gnomischer Allgemeinheit zu geben.* Velut Ant. 571 Creon, quem unum solum habuisse filium (Haemonem) notum est, *κακὰς*, inquit, *γυναῖκας υἱέσι στυγῶ.* Eadem res est O R. 530, El. 594 *οὐ γὰρ καλὸν ἐχθροῖς γαμεῖσθαι τῆς θυγατρὸς οὕνεκα.* Ceterum hac pluralis usurpatione gravitatem eius de qua agitur personae valde adaugeri perspicuum est. Eodem modo generaliter pluralis *κύριοι*[2]) pro *κύριος* ponitur vel

---

1) v. l. c. § 44,3,6.

2) Contra *βασιλῆς* interdum postulat interpretationem regis et reginae vel regiae familiae: Su. 297 *πῶς οὖν τελευτᾷ βασιλέων νεῖκη τάδε*; i. e. Iovis et Iunonis. Huc traho illa Delbrueckii verba (l. c. p. 19): *endlich mag noch die Möglichkeit, dass die Plurale δεσπόται, das lat. fratres (im Sinne von Bruder und Schwester) und ähnliche an die Stelle alter Duale getreten sind, erwähnt werden.* Atque Ag. 518 nuntius ante Agamemnonis regiam *ἰὼ μέλαθρα*, inquit, *βασιλέων φίλαι στέγαι*, ubi *βασιλέων* idem fere est quod regiae familiae. [cf. Nep. Pelop. 5,1 tyranni; apud Livium quoque saepe reges hanc habet significationem (cf lexicon Georges)] Idem habes Ant. 1172: *τί δ' αὖ τόδ' ἄχθος βασιλέων ἥκεις φέρων*; Simili modo etiam *δεσπόται* et *τύραννοι* ponuntur: Ag. 32 *τὰ δεσποτῶν γὰρ εὖ πεσόντα θήσομαι.* ib. 1043 *ἀρχαιοπλούτων δεσποτῶν πολλὴ χάρις.* Contra Cho. 53 *δνόφοι καλύπτουσι δόμους δεσποτῶν θανάτοισι* et ib. 82 *δακρύω-ματαίοισι δεσποτᾶν τύχαις* mihi quidem non solum Agamemno, qui modo interfectus est, sed etiam eius maiores dici videntur, cui explicationi pluralis

similia: Cho. 654 ἄγγελλε τοῖσι κυρίοισι δωμάτων. ib. 713 ἡμεῖς δὲ ταῦτα τοῖς κρατοῦσι δωμάτων κοινώσομεν, quo loco illo quod est κρατοῦσι Clytaemestra Aegisthum solum significat. Itaque hoc nonne attiguum est plurali maiestatis? Similiter plurative O R. 1184 ὅστις πέφασμαι φύς τ' ἀφ' ὧν οὐ χρῆν, ξὺν οἷς τ' οὐ χρῆν ὁμιλῶν, οὕς τέ μ' οὐκ ἔδει κτανών. Ant. 10 ἤ σε λανθάνει πρὸς τοὺς φίλους στείχοντα τῶν ἐχθρῶν κακά; quae verba Antigone ad Ismenen convertit sub plurali φίλοις Polynicem solum intellegens et sub ἐχθροῖς Creontem. Neque tamen Ismenen haec tam obscure dicta perspexisse ex eius responso apparet. Similiter res se habet Ai. 1235 δούλων κακά, quae Agamemnonis voces ad Teucrum solum pertinent; et Ant. 680: κοὐκ ἂν γυναικῶν ἥσσονες καλοίμεθ' ἄν. Phil. 198: τὰ θεῶν ἀμάχητα βέλη. Apollo enim Herculi arcum et sagittas dederat. Ille cum unus e deis sit, generaliter dicitur θεῶν i. e. unius e deis. Idem habes Ant. 986: θεῶν παῖς[1]). Hic usus, quo pro una persona, quae pars quasi cuiusdam societatis est, hoc totum per pluralem enuntiatur, qua re illius personae auctoritas et maiestas

---

θανάτοισι bene respondet. Sed El. 704 τὸ πᾶν δὴ δεσπότιαισι τοῖς πάλαι ἔφθαρται γένος e vocibus τοῖς πάλαι apparere censeo de regia familia interpretandum esse. Similiter Ἀτρεῖδαι non soli Agamemno et Menelaus sunt sed tota Atridarum gens: Cho. 407 Ἀτρειδᾶν τὰ λοιπά — Τύραννοι O R. 1095 ch. ὡς ἐπίηρα φέροντα τοῖς ἐμοῖς τυράννοις regem Oedipum eiusque uxorem vel regiam familiam indicat. Et Ant. 60: εἰ ψῆφον τυράννων καὶ κράτη παρέξιμεν Ismene non Creontem solum plurali τυράννων dicit, sed generatim loquitur: quam misere peribimus, si dominorum imperia neglexerimus.

1) Quocum contendas Verg. Aen. X 229 *Vigilasne, deum gens Aenea?* Alii et similes loci Latini hi sunt: Ovid. Met. 13,82 *Hector adest secumque deos* (i. e. Apollinem) *in proelia ducit.* Verg. Aen. 2,577—79: *haec* (sc Helena) — *patres natosque videbit*; natos enim de una filia Hermione quasi quadam exaggeratione dictum est, nam liberi eius nulli sunt praeter Hermionen. Cic. ad Attic. 8,2,3: *Vagamur egentes cum coniugibus* (Terentia sc.) *et liberis,* ubi pluralis coniugibus etiam per attractionem numeri videtur esse positus, id quod haud dubie a Catullo factum est illo loco quo habes ‚Veneres Cupidinesque.‘ Nos autem proverbialiter »mit Weib und Kind« tum quoque dicimus, cum de pluribus liberis agitur.

augetur, in sequenti quoque exemplo invenitur, in quo pro nostra nos quidem lingua valde offendimus: Ai. 1305 ἆρ' ἂν αἰσχύνοιμι τοὺς πρὸς αἵματος, οὓς νῦν σὺ τοιοῖσδ' ἐν πόνοισι κειμένους ὠθεῖς ἀθάπτους. Quae Teucri verba ita ad Aiacem solum pertinent, ut τοὺς πρὸς αἵματος sit unus e propinquis. Eiusdem generis est Pro. 67: σὺ δ' αὖ κατοκνεῖς τῶν Διός τ' ἐχθρῶν[1]) ὕπερ στένειν; id est pro eo, qui inter Iovis adversarios est. Porro OR. 1250 (γοᾶτο εὐνὰς ἔνθα — τέκν' ἐκ τέκνων τέκοι) sub τέκνων unus e liberis, Oedipus scilicet intellegitur. Similiter El. 1066 ch ὦ χθονία βροτοῖσι φάμα, κατά μοι βόασον οἰκτρὰν ὄπα τοῖς ἔνερθ' Ἀτρείδαις luralem Ἀτρείδαις de uno Agamemnone usurpatum esse iudico sicut OR. 496 πρὸς ὅτου δὴ βασάνῳ ἐπὶ τὰν ἐπίδαμον φάτιν εἶμ' Οἰδίποδα Λαβδακίδαις[2]) ἐπίκουρος ἀδήλων θανάτων.

6.

Sed in re apertissima longi sumus. Transimus nunc ad pluralem verbi sive pronominis in choricis carminibus usurpatum. Multi sane viri docti[3]) de chorica antiquorum arte et choricorum carminum relatu tot tamque praeclaras explicationes nobis fecerunt, ut in universum certum de his rebus iudicium habeamus. Sed priusquam ad ea choricorum tractanda exempla, quae ad nostram quaestionem attinent, accedamus, altius mihi, ut expe-

---

1) cf. Eur. Andr. 402 ἐπεὶ δ' ἀφικόμην Φθίαν, φονεῦσιν Ἕκτορος νυμφεύομαι, quo loco φονεῦσιν unus e gente interfectoris, filius nempe eius Neoptolemus significatur.

2) Quo exemplo recte Jacobus (l. c. p. 39) Λαβδακίδαις, inquit, *de uno Laio esse dictos, cui plurativo numero poeta, ut obscuram in carmine lyrico augeret dictionem, adiunxisset* ἀδήλων θανάτων *ad varios qui de Lai morte dissipati erant rumores significandos.*

3) Imprimis Boeckhius de trag. Graec., Christius, »Teilung des Chors im attischen Drama«, Muffius »chorische Technik des Sophocles«, idem de choro Persarum, »der Chor der Sieben des Aeschylus«; Arnoldtius »der Chor im Agamemnon«, Weckleinius »über die Technik und den Vortrag der Chorgesänge des Aeschylus«, Freericksius de Aeschyli choro supplicum.

diatur explicatio, res repetenda est. Et Heimsoethius[1]) quidem non solum melica verum etiam dialogica chori carmina ab universo choro recitata esse demonstrare conatus est. Boeckhius[2]) autem multo ante aliam sententiam dixerat. Quae cum summi momenti sint, ad verbum afferam: *Singulos*, inquit, *hic loqui minus offendet eum, qui novit aliis locis quam plurimis in diverbio, ubi chorus aut hemichori sive inter se sive cum actore sermocinantur, non omnes collocutos esse una voce, sed solos duces, unde et singulari numero utuntur. Phoen. 287. 1318 — et ubivis. Quamquam etiam in melicis chorus de se singulari num. loquitur, ut Hipp. 1102. Alc. 965 sqq — non quod poeta per chorum verba faciat ut perperam censet schol. Hipp. sed aut quod una quaeque cantans persona se solam dicit aut quod universus chorus unas partes agit ac pro uno est histrione.* Similem opinionem Muffius habet[3]), qui tamen pluralem numerum nihil ponderis habere saepissime comprobatum esse censet. Contra Freericksius[4]): *Ubi in colloquio*, ait, *numerus singularis subito in pluralem vel pluralis in singularem mutetur, non e libidine id fieri sed aliquid causae latere. Versu enim coactum esse poetam nullo modo posse concedi, quoniam non oratio metris sed metra orationi serviant. Quae coryphaeus loquatur, ea plerumque pro omnibus dici choreutis, et quae ad omnes quadrent, ea totum chorum motu suo, ubi fieri possit. esse comitatum et veri simile esse et numeri*[5]) *ostendi vicibus.* Equidem chorum in colloquio motus fecisse sane probo. Suo iure autem Freericksius addit verba, »ubi fieri possit«. Nam semper illud factum sit necne

---

1) v. über den Vortrag des Chors im att. Drama 1841.

2) l. c. p 59.

3) v. chorische Technik des Sophocles p. 15 et chori Persarum p. 15.

4) l. c. p. 36.

5) Quae ut confirmet, exempla profert Su. 281 εὐχόμεσθα multaque alia. Illi enim εὐχόμεσθα choragi respondere regem v. 283 vocibus μυθεῖσθε et quae sequuntur, quae aperte ad εὐχόμεσθα respiciant, quoniam ad omnes rex se convertat. Tres autem laudat causas, e quibus appareat motus a choro esse factos. Quas iam non est quod pluribus explicem.

et quousque in singulis carminibus patuerit, nihil mihi de hac re certi dici posse videtur, praesertim cum scholia nihil tradant. Qua de re utrum ille motus semper mera saltatio fuerit an interdum, ubi coryphaeus verba ad totum chorum pertinentia plurative conformabat, (cf. illud ἐξευχόμεσθα Su. 281) nihil aliud fuerit atque capitum nutatio vel tale quid[1]), quod hodie quoque in scaena fit, cum singularis persona pro compluribus loquitur, doleo me nescire. Hoc autem constare puto, cum coryphaeus sive plurali (Su. 281 ἐξευχόμεσθα) sive singulari (Hipp. 709 ὄμνυμι) pro toto choro locutus est eique per pluralem (Su. 283 μυθεῖσθε, Hipp. 711 καλῶς ἐλέξατε) respondetur, motum aliquem a choro factum esse debere. Idem enim valent motus choreutarum non loquentium quod illius unius personae verba. Porro ubi chorus loquitur aut actores chorum compellant, cum modo pluralis modo singularis legitur, hoc certe aut vivacitati Graeci ingenii tribui potest aut chorus cum appellatur unas partes agere ac pro uno esse histrione ei personae visus est, quae illum adloquitur. Saepe autem accidisse, ut vel optimus poeta, cum singularis versui facile accomodaretur, pluralis contra difficultates pararet, illum, non hunc numerum praehaberet, id exemplis non prolatis, si quis poetas integro usus iudiciolegerit, facile concedet. Sed longius me esse provectum, quam proposita ratio postulabat, sentio. Iamque tibi exempla afferam haec: Et apud Aeschylum quidem Su. 545 legimus in stasimo, quod totus chorus recitasse putandus est: Δίας τοι γένος εὐχόμεθ' εἶναι γᾶς ἀπὸ τᾶσδ' ἔνοικοι. In sequenti autem versu, qui a secunda stropha initium facit, singularis verbi positus est: παλαιὸν δ' εἰς ἴχνον μετέσταν. Quo loco certa causa poetam commotum esse, ut numerum mutaret, credi non debet. In alio autem huius fabulae stasimo optime sibi non constat poeta. Nam in versu 785 sqq., ubi habes τί πεισόμεσθα; ποῖ φύγωμεν Ἀπίας χθονός; μέλας γενοίμαν καπνὸς

---

1) Nam Euripidis Hipp. v. 709, ubi legimus coryphaei ὄμνυμι, nobis quidem chorum illos motus in iure iurando usitatos fecisse quam saltavisse multo veri similius videtur.

— *ὀλοίμαν*, ea quae per singularem verbi dicta sunt re vera multo melius ei numero quam plurali conveniunt. Atque Ag. 1183 singularis et ib. 1195 pluralis in allocutione ad chorum facta usurpatus est. Nam Cassandra *καὶ μαρτυρεῖτε*, inquit, — *ἐκμαρτύρησον προὐμόσας τό μ' εἰδέναι λόγῳ παλαιὰς τῶνδ' ἁμαρτίας δόμων*. Eodem modo numeri mutantur in chorico carmine Eu. 348 sqq.: *γιγνομέναισι λάχη τάδ' ἐφ' ἁμὶν ἐκράνθη-παλλεύκων δὲ πέπλων ἄμοιρος ἄκληρος ἐτύχθην· δωμάτων γὰρ εἱλόμαν ἀνατροπάς — ἐπὶ τὸν, ὦ διόμεναι κρατερὸν ὄνθ' ὁμοίως μαυροῦμεν ὑφ' — αἵματος νέου σπευδομένα*[1]) *δ' ἀφελεῖν τινα τάσδε μερίμνας θεῶν δ' ἀτέλειαν ἐμαῖσι λιταῖς ἐπικραίνειν*. Hoc quoque loco a poeta inter singularem et pluralem discrimen non fieri perspicuum est. Similis res est in allocutione Minervae ib. versibus 827. 832: *οὐκ ἔστ' ἄτιμοι — σὺ δ' εὐπιθὴς ἐμοί* — et Su. 761sq: *καλῶς ἂν ἡμῖν ξυμφέροι ταῦτ', ὦ τέκνα, εἰ σοί τε καὶ θεοῖσιν ἐχθαιροίατο*; ib. versibus 965. 974. 976: *ὑμεῖς δὲ πᾶσαι θράσος λαβοῦσαι στείχετ' εὐερκῆ πόλιν — τούτων τὰ λῷστα πάρεστι λωτίσασθε — τί τῶνδε κυριωτέρους μένεις*; ib. versibus 747 sq.: *ἐπεὶ τελεία ψῆφος Ἀργείων, τέκνα, θάρσει, μαχοῦνται περὶ σέθεν*. Eu. 179 sqq.: *ἔξω-χωρεῖτ', ἀπαλλάσσεσθε μαντικῶν μυχῶν, μὴ καὶ λαβοῦσα πτηνὸν ἀργηστὴν ὄφιν* — ib. v. 388. 394. 396. 398 sq. Atque apud Sophoclem O R. 513/522 Creon chorum compellat verbis *ἄνδρες πολῖται — ἀλλ' ἐς μέγιστον, εἰ κακὸς μὲν ἐν πόλει, κακὸς δὲ πρός σου καὶ φίλων κεκλήσομαι*. Hoc quoque loco prorsus non est necesse illud *σοῦ* ad coryphaeum solum referamus, qui procedente oratione solus scilicet cum Creonte sermonem facit. Huc traho etiam OC. 174 sq: *ὦ ξεῖνοι, μὴ δῆτ' ἀδικηθῶ σοὶ πιστεύσας μεταναστάς* et ibidem versus 207 sqq.: *ὦ ξένοι ἀπόπτολις· ἀλλὰ μὴ — μή μν μή μ' ἀνέρῃ τίς εἰμι μήδ' ἐξετάσῃς πέρα ματεύων*. Sed Ai. 251 sq. chorus cantat *τοίας ἐρέσσουσι ἀπειλὰς δικρατεῖς Ἀτρεῖδαι καθ' ἡμῶν· πεφόβημαι λιθόλευστον Ἄρη ξυναλγεῖν μετὰ τοῦδε τυπεὶς* eam ob causam numeros permutans, quod *ἡμῶν* ad Tec-

---

1) inde ab hoc verbo lego cum Dindorfio (v. Weckleinii appendicem).

messam quoque quae adest pertinet. Ceterum illa quae habes OR. 1086/1092: *εἴπερ ἐγὼ μάντις εἰμὶ χορεύεσθαι πρὸς ἡμῶν ὡς ἐπίηρα φέροντα τοῖς ἐμοῖς τυράννοις* non est quod pluribus explicem.

Atque de pluralis verbi exemplis ex eis carminibus, quae a choreutis sive omnibus sive compluribus canebantur, haec hactenus: videamus nunc de coryphaeo quid iudicandum sit. Is enim modo singulari verbi modo plurali utitur. Choro autem voce praeibat, chori loco cum histrionibus ibi fere sermonem faciebat, ubi iambici trimetri sunt, nam eis[1]) omnes simul choreutae uti non poterant. Itaque eius quasi provincia satis erat ampla[2]). Numeri autem cum in oratione eius permutantur, nullum fere, ut opinor, discrimen perspici potest. Velut Cho. 932 sqq. coryphaeus: *στένω μὲν*, inquit, *οὖν καὶ τῶνδε συμφορὰν διπλῆν.*

ἐπεὶ δὲ πολλῶν αἱμάτων ἐπήκρισεν
τλήμων Ὀρέστης, τοῦθ' ὅμως αἱρούμεθα,
ὀφθαλμὸν οἴκων μὴ πανώλεθρον πεσεῖν.

Ibidem versu 847 *ἠκούσαμεν* a coryphaeo totius chori loco dictum est. Porro Eu. 247/259 sq.: *πρὸς αἷμα καὶ σταλαγμὸν ἐκματεύομεν· ὑπέρ τε πόντον ἀπτέροις ποτήμασιν ἦλθον διώκουσ' οὐδὲν ὑστέρα νεώς.* Hic quoque differentia inter numeros intercedere non videtur, cum non solum ea furia, quae coryphaei vice fungitur, verum etiam ceterae Orestem persecutae mare superavissent ita ut *ἦλθον διώκουσα* ad omnes spectet. Idem cadit ad eiusdem fabulae versus 419/422, ubi legimus:

---

1) cf. Christii Teilung des Chors im attischen Drama p. 161.

2) Quin etiam interdum eos deinceps locos recitat, qui diversis utantur metris. Velut Ag. 363–378. Recte enim mihi Arnoldtius (v. l. c. p. 27) Christii opinionem refutare videtur censentis propter mutatum metrum anapaestos non iam coryphaeo tribui debere (cf. l. c. pp. 193. 212). Nam hoc loco trimetros versus et anapaestos arctissime inter se cohaerere apertum est. Et Freericksius quoque (v. l. c. p. 13) anapaestos coryphaeo dedit. Ab eo autem semper fere anapaestos, non ab omnibus choreutis recitatos esse ex indole ac ratione huius metri apparet. Itaque frustra de hac re Freericksius tot verba effundit (v. l. c. p. 25).

ἡμεῖς γάρ ἐσμεν Νυκτὸς αἰανῆ τέκνα·
τιμάς γε μὲν δὴ τὰς ἐμὰς πεύσῃ τάχα. —
βροτοκτονοῦντας ἐκ δόμων ἐλαύνομεν;

et ad Su. versus 219/223: *καλοῦμεν αὐγὰς ἡλίου σωτηρίους — τίν' οὖν κικλήσκω τῶνδε δαιμόνων ἔτι;* Ib. 916/919: *ἰὼ πόλεως ἀγοὶ πρόμοι, δάμναμαι διωλόμεσθ' ἄελπτ', ἄναξ, πάσχομεν.* Ib. 1025sqq.: *τἄλλ' εὐτυχοῖμεν πρὸς θεῶν Ὀλυμπίων.*

ἐμῆς δ' ὀπώρας εἵνεκ' εὖ θάρσει, πάτερ
ἴχνος τὸ πρόσθεν οὐ διαστρέψω φρενός.

Huc spectat etiam Ai. 139/142: *μέγαν ὄκνον ἔχω καὶ πεφόβημαι μεγάλοι θόρυβοι κατέχουσ' ἡμᾶς* et Ant. 1217: *γενοίμαν — προσείπομεν.* Porro OC. (724) 726 (*ὦ φίλτατοι γέροντες, ἐξ ὑμῶν ἐμοὶ φαίνοιτ' ἂν ἤδη τέρμα τῆς σωτηρίας*): *θάρσει, πάρεσται καὶ γὰρ εἰ γέρων ἐγώ.* Versu autem Electrae fabulae 1231 (*ὁρῶμεν, ὦ παῖ, κἀπὶ συμφοραῖσί μοι γεγηθὸς ἕρπει δάκρυον ὀμμάτων ἄπο*) cur numeri permutati sint, per se patet; sibi soli scilicet (*μοὶ*) coryphaeus lacrimas obortas esse canit. Haec fere de pluralibus verborum in choricis adhibitis dicenda mihi visa sunt.

Caput III.

De nominum plurali.

Et hanc quidem disputationem in duas partes dividimus: altera esto de corporalibus nominibus, altera de moralibus. Sed ea tantum exempla a nobis afferantur necesse est, ubi pluralis numerus de singulari re pro singulari positus invenitur.

Et primum quidem in plurimis corporalibus notionibus hic usus facile observatur ut apud Homerum principem aliosque

Graecorum poetas ita apud ipsos Aeschylum et Sophoclem. Explicationem huius rei eam dedit Kummererus quidem, ut multa eius modi pluralia per analogiam pluralium neutrius generis adiectivorum vel participiorum adhibita esse censeret dicens[1]) *So bezeichnet δῶμα, δόμος der Ableitung nach (von δέμω) zunächst das Gebäude; wie von einem Gebäude τὰ ᾠκοδομημένα stehen könnte, so kann der Dichter den Plural δώματα, δόμοι gebrauchen, ohne dass die Beziehung auf die Teile des Hauses bemerkbar wäre. So finden ihre Erklärung ἅρματα (= τὰ ἡρμοσμένα), ζεύγματα = τὰ ἐζευγμένα, θύματα = τὰ τεθυμένα und andere.* Quae falsa esse arbitror. Nonne enim oportebat τὰ ᾠκοδομημένα similiaque participia frequentia esse in usu linguae antea, quam ex eorum analogia pluralis δώματα pro δῶμα poneretur? Nam qui huius nominis pluralis ad illud quasi transire potuisset? Nusquam autem neque τὰ ᾠκοδομημένα neque simile a poetis aut ante aetatem Aeschyleam Sophocleamque aut postea scriptum esse invenimus. Ergo in Kummereri explicatione non amplius demorabimur. Neque tamen de plurali intensivo[2]), quem dixeris, mea opinione cogitari potest. Nam δόμοι vel νῶτα proprie non est ingens domus vel ingens tergum, quamquam interdum accidit ut etiam de ingenti domo vel de ingenti tergo dicta sint. Ea potius equidem via incedere volo, ut plurima eius modi pluralia ex ipsis primariis vocum notionibus deducam, cetera ex horum analogia posita esse statuam. Sed multa eorum singulari quoque numero leguntur, alia pauca ita sunt pluralia tantum, ut eadem vi utantur qua singularis. Singulas autem verborum significationes, si necessarium erit, in singulis tractandis exemplis afferam.

---

1) v. l. c. II p. 14.— 2)cf Kuehneri gram. Graec. II p. 17, ubi legitur: Die Dichter gebrauchen den Plural oft, um den Ausdruck zu amplificiren; so Namen von Werkzeugen im Plural statt im Singular: σκῆπτρα, θρόνοι —, so die Teile und Glieder des Körpers, wenn von einem die Rede — στήθη — et quae sequuntur.

§ 1. Δόμοι[1]) domus.

Vocabuli autem *δόμος* quae sit vera ac propria vis e veriloquio[2]) apparet, dico conclave, ita ut *δόμοι* pluria sint conclavia vel domus una. Atque regiam Homericam — ab Homero enim Aeschylus, Sophocles alii multi profecti sunt — revera complura continuisse cubicula et ita quidem ut aliud iuxta aliud situm esset essetque quasi series aedificiorum, nonne e Tirynthiis inventis nuper cognovimus? Prorsus idem autem in semiticis linguis deprehenditur; Hebraice enim dicitur miškĕnōth (Hiob. 18,21) pro domo; templum significat in psalm. 43,3. Item miškĕnē éljōn in psalm. 46,5. miškĕnōth in psalm. 84,2. χatsĕrōth jehovāh vestibulum in psalm. 84,3. miškānōth in psalm. 132,5. Itaque improbo quod ratiocinatur Juhlius[3]) *poeta*, inquiens, *hunc pluralem usurpat, quippe qui ante oculos habeat magnum vel magnificum vel amplum aedificium, quod nos dicimus Palast.* Nam ad hunc quoque pluralem illa eiusdem Juhlii[4]) verba quadrant, quibus de plurali *πρόσωπα* disputans contra Spittam[5]), in plurali solo inquit, pulchritudinis notio non inest. *Δόμοι* autem non solum domum significat verum etiam tralate de eis usurpatur, qui illam incolunt, de familia, quippe quae compluribus membris contineatur. Ita iam Homerus *ϑ*. 268 *ἐν Ἡφαίστοιο δόμοισιν*, ib. *λ*. 132 *ἐν Ἀντιμάχοιο δόμοις* et aliis[6]) saepe locis. Item Theognis v. 1291: *πατρὸς νοσφισϑεῖσα δόμων, ξανϑὴ Ἀταλάντη.* Atque ab Aeschylo *δόμοι* maxime in ge-

---

1) Eodem modo aediculae vel aedes domum significant. Huc traho Neuei verba (lat. Formenlehre I p. 451): *Benennungen andrer Gegenstände, die aus zwei oder mehreren Stücken bestehen, sind ebenfalls oft plurale tantum. So aedes. Für den Gebrauch des Singulars von einem Wohnhause ist kein sichres Beispiel bekannt. Aber der Singular kann ein einzelnes Zimmer eines Wohnhauses bezeichnen. So ist Plaut. Asin. 13,67 aedis die cella meretricis.*

2) v. *δόμος δεμ*, scr. damas, ags. timber, ahd. zimbar.

3) l. c. p. 21.

4) l. c. p. 9.

5) vide Jacobi l. c. p. 24 idem quod Spitta dicentis.

6) v. Ebelingii lexicon I p. 317.

netivo, dativo, accusativo casibus positum est: nominativum habes Ag. 1308, vocativum Cho. 961; genetivum Pro. 692. Se. 218. 469. 726; dativum Se. 878. Pe. 230. Ag. 27. 611. 719. 737. 856; acsusativum Pro. 467. Se. 49. 73. 862. Pe. 162. 533 et alibi. Contra singularis multo rarior legitur; Se. 441. Pe. 582. Ag. 410. 541. 953. Cho. 262. 564. 936. Eu. 965. 1033. Su. 637. Etiam vim templi pluralis habet: Se. 264. Ag. 584. Eu. 35. 60. 185. 205. 207. 579. 857; bis tantum ita singularem adhibitum reperimus: Eu. 519. *ἐπειδὴ πίτνει δόμος δίκας*. fr. 82. Apud Sophoclem autem notio templi non comparet, ceterum eaedem pluralis significationes quae apud Aeschylum. Propria vis domus semel singulari legitur (OC. 1564 *Στύγιον δόμον*), ceteris omnibus locis pluralis: Ai. 63 *ἐς δόμους κομίζεται*. Ant. 392 *ἐκ δόμων πορεύεται*. ib. 1087 *πρὸς δόμους*. El. 40 *δόμων ἔσω*. Falso autem mihi Kummererus Tra. 689, ubi est *ἔχρισα μὲν κατ' οἶκον ἐν δόμοις κρυφῇ μαλλῷ* Schneidewinum secutus *δόμοι* ‚cubiculo' vertere videtur. Nam ut aliis multis locis (Tra. 6 *ἐν δόμοισιν* 1332. 1424. OC. 1342) ita hoc *κατ' οἶκον* est in conclavi, *ἐν δόμοις* domi. Porro *δόμοι* (rarius *δόμος*) pro familia legitur. El. 1070 ch. *τὰ μὲν ἐκ δόμων νοσεῖ*. Ant. 1079 *φανεῖ γυναικῶν σοῖς δόμοις κωκύματα*. El. 1357 *σωτὴρ δόμων Ἀγαμέμνονος*. Ant. 600 ch. Singularis autem exhibitus est: Ant. 548 ch. *οἷς ἂν σεισθῇ θεόθεν δόμος*. OC. 370 *τὸν σὸν ἄθλιον δόμον*. Sed etiam si patriae domus vim habemus, saepius *δόμοι* quam *δόμος* legitur; pluralem enim reperimus: Ai. 509 *πρὸς δόμους μολεῖν*. Ph. 517. OC. 1408 *ἐς δόμους νόστος*, singularem Phil. 460 *τέρπεσθαι δόμῳ*. Euripides autem quem ad usurpationis quasi gradum in eius modi nominibus progressus sit, id quaerere nobis non est propositum. Per iocum autem videlicet factum est, ut bis de Cyclopis antro[1]) scriberet *δόμοι*, qua in re non est cur offendamus. Idem poeta Alc. 165 *ἐκ δὲ ἑλοῦσα κεδρίνων δόμων ἐσθῆτα* quod *δόμοι* adeo de cista posuit, id admirabili quadam traiectione poetica mihi fecisse videtur.[2])

---

1) Quam rem Kummererus (l. c. I p. 8) intellexisse non videtur.

2) Qua de re inepte Kummererus (ib.): *Man würde, denke ich, doch zu weit gehen, wollte man auch bei solchen Pluralen noch einzelne Teile unterscheiden.*

Οἶκοι[1]).

Singularis pro conclavi apud Homerum Od. 1,356 *ἀλλ' εἰς οἶκον ἰοῦσα τὰ σαυτῆς ἔργα κόμιζε* (v. 362 *ἐς δ'ὑπερῷ' ἀναβᾶσα* —) 19,514 *ἀμφιπόλων ἐνὶ οἴκῳ*. Uno solo Homerico[2]) loco *οἶκοι* plurative dictum est: Od. 24,417 *ἐκ δὲ νέκυς οἴκων φόρεον καὶ θάπτον ἕκαστοι*. Contra apud Aeschylum *οἶκοι* multo saepius quam *οἶκος* unam domum indicat: velut Pe. 527 *ἥξω λαβοῦσα πέλανον ἐξ οἴκων ἐμῶν*. 235. 835. 865. Ag. 35. 167. 247. 1525. 1553. Cho. 75. 715. 761. 861. Eu. 455, contra *οἶκος*: Pro. 403. Se. 173. Ag. 18. 37. 139. 1534. Cho. 577. Eu. 754: quibus locis interdum etiam familiam valet vel patriam. Apud Sophoclem similis res est; *οἶκοι* pro domo exstat: OR. 112. 241. 819. Tra. 864. Ai. 65. *κατ' οἴκους* (domi), contra *κατ' οἶκον* legitur: El. 929. 1147. 1473 Tra. 531. 934. *Οἶκοι* pro patria legitur: El. 1136 *ἐκτὸς οἴκων κἀπὶ γῆς ἄλλης φυγὰς ἀπώλου*. Tra. 757 *κῆρυξ ἀπ' οἴκων ἵκετο*. Phil. 311 *σῶσαί μ' ἐς οἴκους*. Notio autem familiae in chorico solo carmine plurali utitur: Ant. 594 ch.: *τὰ Λαβδακιδᾶν οἴκων ὁρῶμαι πήματα*. *Οἶκος* econtra non reperitur nisi El. 978 ch. Ai. 204 ch. *οἱ κηδόμενοι τοῦ Τελαμῶνος τηλόθεν οἴκου*.

Δώματα.

Singularem pro conclavi exhibet Homerus: Il. ζ 316 *τέκτονες ἄνδρες, οἵ οἱ ἐποίησαν θάλαμον καὶ δῶμα καὶ αὐλήν*, quo loco *δῶμα* idem valere quod *μέγαρον* manifestum est; idque iam compertum habuit vetus grammaticus in scholio Σ β 361 *ἰστέον ὅτι δῶμα Ὅμηρος οὐ πάντοτε τὴν ὅλην οἰκίαν λέγει, ἀλλ' ἔστιν ὅτε καὶ τὸ ἐνδότερον αὐτῆς μέρος*. Apud Aeschylum ubique fere pluralis ad unam domum pertinet: Pro. 697. Se. 322. 635. 866. Ag. 388. 602. 905. Cho. 83. 654. 688. 712. 796. Eu. 63. 355. 551. Su. 370. Pe. 303. Ag. 767 et ubivis. Singularis rarior. Contra

---

1) Quae notionum differentia inter synonyma vocabula *δόμοι*, *οἶκοι*, *δώματα* intercedat, docet I. H. H. Schmidtius in ‚Synonymik der griech. Sprache‘ vol. II pp. 510. 513. 514. 518.

2) Quod Euripides de Cyclopis antro etiam *οἶκοι* scripsit non iam miror; Kummererus (l. c. I p. 8) valde in eo offendit.

templi[1]) vim cum δῶμα habet, et singularis (Eu. 242) et pluralis (Eu. 179. Su. 297) exhibitus est. Apud Sophoclem quoque δώματα fere semper; domum significat his locis: Ai. 73 στεῖχε δωμάτων πάρος. OR. 925 τὰ τοῦ τυράννου δώματα. Ant. 1181 ἐκ δὲ δωμάτων Tra. 900. El. 262 δώμασιν ἐν τοῖς ἐμοῖς. Contra singularis raro legitur: Ai. 579. El. 10 δῶμα Πελοπιδᾶν τόδε. Semel autem etiam collective quod dixeris pro tota urbe adhibitus est OR. 29 δῶμα Καδμεῖον i. e. Thebae. Pro gente habes pluralem OR. 1226 εἴπερ ἔτι τῶν Λαβδακιδείων ἐντρέπεσθε δωμάτων, pro templo et pluralem OR. 71 (ἐς τὰ Πυθικὰ ἔπεμψα Φοίβου δώματα) et singularem (El. 110).

Πύλαι[2]). Ita iam Homerus[3]) omnibus locis scripsit, ubi eam vocem exhibuit. Eius vestigia Aeschylus permultis rebus persecutus est, id quod ipse confessus est, si quidem fabulas suas τεμάχη[4]) esse dixit magnae cenae Homericae. Itaque πύλαι etiam Aeschylus: Se. 364. 382. 410. 447. 463. Xenophon[5]) quoque poetas nimirum imitatus eis omnibus locis, ubi de una porta agitur, plurali usus est. Contra apud Sophoclem interdum singularis exstat, velut Ai. 11, Ant. 1186, πύλαι exstant OR. 1244 πύλας ἐπιρρήξας ἔσω 1294, Ant. 18, fr. 342.

Θύραι. Pluralem semper fere Homerus velut Il. 2,788. 7,346 ἐπὶ (vel παρὰ) Πριάμοιο θύρῃσιν, et eis omnibus locis, ubi de antri aditu agitur, vi analogiae videlicet factum est, ut eum solum numerum reperiamus: Od. 9,243, 416 et alibi. Contra Aeschylus semel hac voce eaque singulari utitur: Cho. 652. Sophocles tamen in pluralis usu Homerum secutus est. Et aedes significat θύραι Ai. 301, El. 109 πατρῴων πρὸ θυρῶν. Ib. 78 in

---

1) cf. templa: Verg. Aen. VI 141 Teucros vocat alta in templa sacerdos, Ovidii fast. I 70. Et resera nutu candida templa tuo Met. XI 359.

2) cf. valvae, fores, quorum ex analogia portas pro porta dictas esse censeo: Verg. Aen. II 612: hic Iuno Scaeas saevissima portas prima tenet. Nonne poeta Homericum illud Σκαιαὶ πύλαι (Il γ 145) imitatus esse videtur? — idem Aen. VI 631. XI 499. Flor. I 1,12.

3) v. Il. ε 789 πρὸ πυλάων Δαρδανιάων et ubivis.

4) cf. Athen. VIII 39.

5) cf. Anab. V 8,10. VII 9,36. Ages. II 17.

θυρῶν est adverbiascentis quaedam species: *καὶ μὴν θυρῶν* (i. e. a foribus) *ἔδοξα προσπόλων τινὸς ὑποστενούσης ἔνδον αἰσθέσθαι*, OC. 401 *θύραισι*, i. e. domi, fr. 365.

Quorum vocabulorum saepe plurativorum ex analogia factum esse mihi videtur, ut haec quoque in plurali adhiberentur quae sunt: *μέλαθρα, στέγαι, ἄντρα, ἑδώλια, πρόθυρα, πέργαμα, πυθμένες, γάπεδα, ὄροφοι.*

Μέλαθρον proprie erat idem quod tectum. Vim autem domus iam Homerus[1]) usurpavit, sed in singulari numero. Aeschylus demum per analogiam vocum quae sunt *δόμοι, οἶκοι, δώματα* ad *μέλαθρα* productus est: Ag. 118 *φανέντες ἴκταρ μελάθρων*, 523 *ἰὼ μέλαθρα βασιλέων*, 765 *μελαίνας μελάθροισιν ἄτας*, 842 *ἐς μέλαθρα καὶ δόμους ἐφεστίους*, 948 *εἶμ' ἐς δόμων μέλαθρα*, 1332. 1435 *οὔ μοι μελάθρων ἐλπὶς ἐμπατεῖν*[2]) *φόβον*, 1576 Cho. 342 *μελάθροις ἐν βασιλείοις*, 786, 1063 fr. 375 *τῶν βασιλείων πρόδομος μελάθρων*. Apud Sophoclem de antro semel *μέλαθρον* Phil. 1453, saepius *μέλαθρα* legimus: Phil. 147 *τῶνδ' ἐκ μελάθρων*. Et valet *μέλαθρα* idem quod aedes Phil. 1428 *σκῦλα δ' εἰς μέλαθρα σὰ πέμψεις* Ant. 117ch.

Στέγη quoque proprie est tectum, postea autem ea quoque vox domum significat. Apud Aeschylum quidem *στέγη* saepe est conclave; velut fr. 120 *εὐανδρείᾳ στέγῃ*, 57 *βακχεύει στέγη* (anteit autem *ἐνθουσιᾷ δὴ δῶμα*). Alii loci, ubi *στέγη* legitur, sunt: Ag. 1071 1185. Contra pluralem habemus Ag. 3 *στέγαις Ἀτρειδῶν*, 523 *φίλαι στέγαι*. Apud Sophoclem *στέγη* et *στέγαι* sine ullo notionis discrimine de una domo: singularis Ant. 1248. Tra. 202 *εἴσω στέγης* 402, El. 20 912 1497; alter numerus OR. 533 *τὰς ἐμὰς στέγας ἵκου*, 927 *στέγαι μὲν αἵδε*, El. 1392, 1404, Tra. 329. Plurale tantum autem habes, cum domi et intus significatur: OR. 637, OC. 339, El. 282. 1308 *κατὰ στέγας*. Ad antrum pluralis pertinet Phil. 1262; singularis Phil. 286. 298 et alibi.

1) v. lexicon Ebelingii et Juhlium.

2) Weilii pro *οὔ μοι φόβον μέλαθρον ἐλπὶς ἐμπατεῖ.*

Quorum omnium vocabulorum usum apud Aeschylum et Sophoclem obvium si cum usu Euripideo contendimus, illorum poetarum sermonem quasi excessisse et transgressum esse Euripidem apparet, quippe qui pluralem (velut *δώματα*, *στέγαι*), simodo Kummererus veram observationem fecit, de uno cubiculo quoque, non solum de una domo usurpaverit. Sophocles quod de uno antro *μέλαθρα* et *στέγαι* eodem modo quo Euripides posuit, in eo offendi non debere in tractando plurali *δόμοι* explicavimus. Quae cum ita sint, Sophocles, ut pote qui unum antrum *μέλαθρα* vel *στέγαι* dicere auderet, nonne suo iure pro *ἄντρῳ* ex analogia scripsit *ἄντρα*?

Ἄντρον enim raro Aeschylus quidem exhibuit. In eis autem huius poetae exemplis, ubi pluralis positus est, in dubium vocamus utrum singulum antrum indicatum sit an complura: Pro. 137. 317. 368. 469. Contra singulum reperimus: Eu. 193, fr. 254. Semel *ἄντρον* Sophocles: Phil. 27, ceterum *ἄντρα* semper de antro singulo: Ai. 413, Phil. 1263, Ant. 983ch, OR. 477ch, OC. 1571ch, fr. 571. Bergkius recte correxit *ἄστροις* codicis in *ἄντροις*.

Αὐλή. Ita semel Homerus (Od. 4,74) de tota domo, *αὐλὰς* ignorat. Aeschylus semel per singularem: Pro. 123 *τὴν Διὸς αὐλήν*. Apud Sophoclem autem vim vel domus vel sepulcri haec vox habet et praeter singularem (Tra. 203, Phil. 724ch) in plurali quoque reperitur: Ant. 945 *ἐν χρυσοδετοῖς αὐλαῖς*, Tra. 901 *ἐν αὐλαῖς*.

Ἑδώλια habitaculum. Id vocabulum est plurale tantum atque exstat: Se. 441 *πωλικῶν θ' ἑδωλίων*, Cho. 69 *νυμφικῶν ἑδωλίων*. El. 1394, Ai. 1277, fr. 142.

Πρόθυρα apud Herodotum sane plurative, contra apud Homerum et Pindarum in singulari tantum adhibetur. Pluralem autem etiam Aeschylus Cho. 936 *χρόνος ἀμείψεται πρόθυρα δωμάτων*, Sophocles El. 109 *τῶνδε πατρῴων προθύρων* e Wolffii coniectura pro *πρὸ θυρῶν*.

Πέργαμα[1]) ab Aeschylo semel et de compluribus quidem arcibus dictum est: Pro. 958, apud Sophoclem autem ad arcem tantum Troianam pertinet Ph. 353 611 347 1335.

Πυθμένες »fundus« legitur Pro. 1078sq.: *χθόνα δ' ἐκ πυθμένων αὐταῖς ῥίζαις πνεῦμα κραδαίνοι.* (Ceteris locis *πυθμήν* tralate dicitur de barba, de radice, de gentis auctore.). Apud Sophoclem autem exemplum illius Aeschylei simile inveneris hoc: OR. 1261 *ἐκ δὲ πυθμένων ἔκλινε κοῖλα κλῇθρα.* Quo loco pluralis *πυθμένες*, quippe qui ad duo claustra referatur, ex numerorum attractione facile ortus est, cum Ellendtius[2]) falso eum voce cardinis interpretetur.

Γάπεδα[3]), quod vocabulum Sophocles sprevit, habes Pro. 829.

Ὄροφοι »tectum« semel repperimus idque apud Aeschylum: Su. 658 *ὃν οὔτις ἂν δόμος ἔχοι ἐπ' ὀρόφων μαίνοντα.* Sed is pluralis ita quoque explicari potest ut *οὔτις — δόμος* ipsum quoque collective pro pluralitate accipiatur.

§ 2.

Sequuntur substantiva, quibus partes et membra corporis designantur; ad haec autem apta fuit pluralitas propterea quia una corporis pars ut pectus e compluribus ipsa constare solet. Nonnullae sane supersunt, quarum de partibus cogitari vix potest; has per illarum analogiam in plurali positas esse censeo. Sed iam percenseamus exempla.

Στέρνα[4]) apud Aeschylum ubique plurative: Pro. 65, Pe. 1055, Cho. 740, fr. 352 *τραύματ' ἐν στέρνοις λαβών*; item apud Sophoclem, ubi propria vi utitur vox OC. 1609, Ai. 633ch,

---

1) cf. arces-Collatinas Verg. Aen. VI 744.

2) v. lexicon s. v.

3) Non *δάπεδα*; cf. Pors. ad Euripidis Or. 324.

4) cf. pectora et similia. Ex analogia nimirum Martialis epigr. X 25,2 de una Muciae Scaevolae manu: *imposuit*, inquit, *qui sua membra focis.* —

El. 90, Tra. 568 1090, Ph. 792. Contra tralate de animo bis *στέρνον* dictum est: Tra. 482, fr. 197, pluralis autem eodem sensu: OC. 487, Ant. 659.

Στήθη. Aeschylus plurative tantum: Se. 550 *ἱκνεῖται λόγος διὰ στηθέων* 851; sprevit hoc vocabulum Sophocles.

Πνεύμονες pulmones. Eius vocis apud ambos poetas pluralis solus exstat: Cho. 639 *τὸ δ' ἄγχι πνευμόνων ξίφος διανταίων ὀξυπευκὲς οὐτᾷ*. — Tra. 567 *ἐς δὲ πνεύμονας στέρνων διερροίζησεν*. Etiam viscera vel animum significant: Tra. 778.

Κρέατα[1]). Aeschylus plurative tantum: Ag. 1219 *χεῖρας κρεῶν πλήθοντες οἰκείας βορᾶς*, ib. 1241 1593. Apud Sophoclem e contrario haec vox bis eaque singulari legitur.

Σάρκες de hominis carne apud Aeschylum dictum est: Se. 1026 *τούτου δὲ σάρκας οὐδὲ — λύκοι σπάσονται* Ag. 1097, fr. 249 *φαγέδαιν' ἀεί μου σάρκας ἐσθίει ποδός*. Sed si de bestia agitur, singularis adhibitus est: Se. 609, Ag. 72.

Αἵματα[2]) habet Aeschylus: Ag. 1511 1292, Cho. 64 283 931, Eu. 167 253. Sin autem tralate de caede dicitur, praeter Cho. 646 (*αἱμάτων παλαιτέρων*) et Su. 271 singularis solus exstat. Eadem vox si consanguinitatem significat, in singulari tantum usurpatur: Se. 128, Eu. 89 609 611. Apud Sophoclem autem non nisi semel eaque plurative legitur: Ant. 121.

Φρένες[3]) eodem referendum est; sic semper apud ambos pluraliter, si praecordia ipsa denotat: Eu. 158, Tra. 377 931 *ὑφ' ἧπαρ καὶ φρένας πεπληγμένην*. Sin autem tralate dicitur de animo, mente i. e. cogitationibus, iidem sine ullo notionis discrimine et *φρήν* et *φρένες* habent. Cuius rei exempla Aeschylea haec sunt: Pro. 34 134 460 488 655 700 815 882, Se. 25 599 658, Pe. 168 609 903, Ag. 185 485 497 507, Cho. 79, Eu. 88, Su. 384 (Singularis autem exstat Pro. 868 907, Se.

---

1) cf. carnes (Neue, lat. Formenlehre I p. 414.)

2) cf. cruores (Neue, lat. Formenlehre I p. 388): Verg. Aen. 4,687 *atros siccare veste cruores*. Hor. carm. II 1,5 *arma uncta cruoribus*. Lucani 3,405.

3) vide, quae verba Juhlius fecerit de Homerico *φρήν* et *φρένες*.

580, Pe. 118 et alibi), Sophoclea haec: Ai. 447 *φρένες διάστροφοι* 649, OR. 727 *ἀνακίνησις φρενῶν*, Phil. 865 *ἀφεστάναι φρενῶν*, OC. 310 *ποῖ φρενῶν ἔλθω;* OR. 1511 *εἰ μὲν εἰχέτην ἤδη φρένας*, Ant. 683, OC. 805. El. 1463 *μηδὲ πρὸς βίαν φύσῃ φρένας* (Singularem habemus: Tra. 982, Ph. 1113 1281).

Γαμφηλαί mentum, os: Pro. 37 (de Typhone) *σμερδναῖσι γαμφηλαῖσι.* Ceterum ea vox plurale tantum est. Neque tamen apud Sophoclem reperitur, cum apud Homerum vel leonis vel equorum fauces, apud Euripidem et Aristophanem etiam rostrum significet.

Sequantur ea nomina quae non nisi ex illorum verborum analogia plurative usurpari dixerim: *Πρόσωπα, Πλευραὶ, Νῶτα, Σφαγαὶ, Αὐχένες* (cf. Hebraicum pānīm et Latinum vultus). Homerus[1]) quidem ubique fere plurali utitur. Apud Aeschylum semel singularis (Ag. 644 *ἄγγελος στυγνῷ προσώπῳ*), ceteris locis pluralis de compluribus dictus est. Sophocles saepius pluralem pro singulari: El. 1277 *τῶν σῶν προσώπων*[2]) *ἁδονᾶν;* de lunae facie fr. 786 *νέα πρόσωπα καλλύνουσα.*

Πλευραί de uno latere: Ant. 1236 *ἤρεισε πλευραῖς μέσσον ἔγχος.*

Νῶτα[3]): Pro. 446 de Atlante *οὐράνιόν τε πόλον νώτοις ὑποστενάζει* (Su. 95 singularem habes) et Tra. 1047 1090, Ai. 110. Singularem autem scripsit poeta fr. 26, 343,3.

---

1) cf. Il σ 414. θ 85 et alibi. Posteriores imitati sunt: Anthol. IX 322.5 *αἰδοῖ πάντα πρόσωπα ἐρυθαίνομαι.* Xen. An. II 6,11.

2) Recte Kummererus (l. c. p. 4): *die Erklärung, der Plural bezeichne Mienen, Züge, der Singular aber Gesicht, scheint gezwungen, da in den meisten Fällen der Singular eben so gut mit Zügen, Mienen übersetzt werden* kann. cf. Ant. 1241. El. 1297.

3) Iam apud Homerum legitur Il η 321 *νώτοισι δ' Αἴαντα διηνεκέεσσι γέραιρεν* (sc. *βοός*) δ 65 *σφιν νῶτα βοὸς παρὰ πίον' ἔθηκε.* — N. 547 *ἀνὰ νῶτα θέουσα* (sc. *φλέψ*) *διαμπερὲς αὐχέν' ἱκάνει.* Θ. 94. Υ. 414. ξ 225 *νῶτα καὶ εὐρέας ὤμους* B 308 *δράκων ἐπὶ νῶτα δαφοινός.* ι 433.

Σφαγαί iugulum: Pro. 889 *δίθηκτον ἐν σφαγαῖσι βάψασα ξίφος*; apud Sophoclem nusquam, apud Euripidem Orestis v. 283 *εἰς σφαγὰς ὦσαι ξίφος*.

Αὐχένες Sophoclis fr. 593 *πῶλον δίκην, ἥτις — θερισθῇ — αὐχένων ἄπο*. (cf. Hebraicum tsavvārīm). Singularis[1]) autem exstat Ant. 1221, fr. 695.

§ 3.

Simili modo etiam in aliis rebus imprimisque in instrumentis pluralis pro singulari adhibetur. Et primum adsunto mihi *βωμοί*. Etiam hic numerus aut ad analogiam aliarum vocum adsimulatus esse aut fluxisse ex ipsa primaria ac propria notione dicendus erit. Confertur autem optime Hebraicum bāmōth, quod saepe sepulcrum significat itaque pro singulari usurpatur notione. Sed *βωμὸς* proprie eandem vim habet quam *βάσις*[2]): Il. 8,441 *ἅρματα δ' ἂμ βωμοῖσι τίθει*, Od. 7,100 *χρύσειοι δ' ἄρα κοῦροι ἐϋδμήτων ἐπὶ βωμῶν ἕστασαν*. Atqui ara semper fere e compluribus gradibus composita erat, cum *ἀνάβασις*[3]) ei addita esset, quam *ἐσχάρα* non habebat. Itaque *βωμοί* proprie sunt complures gradus. Nonne igitur Sophocles et Euripides eum pluralem, si de una ara agebatur, recte usurpabant? Contra Aeschylus saepius singulari utitur neque plurali nisi complures aras indicaturus. Sophocles autem de singulari ara scripsit *βωμοί*: OC. 898 *μολὼν πρὸς τούσδε βωμοὺς* (cf. V. 888 *βωμὸν* de eadem), OR. 16 *προσήμεθα βωμοῖσι*[4]) *τοῖς σοῖς*

---

1) cf. cervices (Neue, lat. Formenlehre I p. 449) Plaut. Mil. 3,1,126. Terent. Heaut. 2, 3, 131 et ubivis.

2) i. e. Stufe, Unterlage. jede Art von Erhöhung.

3) cf. Nitzsch Od. 2 p. 15.

4) Falso Ellendtius (v. lexicon p. 131): *non necessario*, inquit, *pluralem Ant. 1006 ut OR. 16 OC. 898 de pluribus aris intellegi apparet sed de incerto numero.* — Latini quoque scriptores pro ara scripserunt aras vel altaria (cf. Neue l. c. I p 460 sq), velut altaria Cic. Cat. I 9, 24. Liv. 2, 12, 13. 21, 1, 4. Tac. An. 16, 31; arae Verg. Aen. 3, 545. 4, 219. Ov. Met. 7,74.

(reicio M. Schmidtii coniecturam *βάθροισι*) Tra. 904 *βρυχᾶτο μὲν βωμοῖσι προσπίτνουσα,* Ant. 1006 1016 *βωμοὶ γὰρ ἐσχάραι τε παντελεῖς,* Tra. 993. Sed singularis legitur OC. 888 1158.

Ex analogia autem eius pluralis mea sententia *ἐσχάραι* de uno foco dictum defenditur Ant. 1016 *βωμοὶ ἐσχάραι τε παντελεῖς.*

Contra pluralis *θρόνοι* mihi non tam eam ob causam quod de compluribus solii partibus cogitabatur positus esse videtur quam propterea quod ei voci, si figurate imperium valet, pluralis notio inest; rex enim nimirum sellis regiis plus una uti solet nisi forte sellam secum portat eoque indicatur quodammodo imperium eius iura continere multa. Apud Aeschylum quidem si de propria notione agitur, ubique singularem recte reperimus: Pro. 244, Se. 396, Ag. 272 1038 1562, figurate tantum Ag. 973. Tralate autem praeter unum hoc exemplum, ubi singularem legimus (Ag. 973), *θρόνοι* dictum est: Pro. 793 *ἢ πρὸς δάμαρτος ἐξανίσταται θρόνων,* 942 *ἐκ τυραννίδος θρόνων τ' ἄϊστον ἐκβαλεῖ,* 944, Pe. 777, Cho. 590 973, Eu. 18 29 47 229 515 619, Su. 214 379. Apud Sophoclem propria vis sedis semel (OR. 161) singulari utitur, ceteris locis plurali: Ant. 165 *τὰ Λαΐου θρόνων — κράτη,* ib. 1041 *ἐς Διὸς θρόνους,* El. 297, OR. 237 399, OC. 368 375. Coniunctum autem est cum *σκῆπτρα*: OC. 425 *ὃς νῦν σκῆπτρα καὶ θρόνους ἔχει,* 448 1354 — 173 *κράτη δὴ πάντα καὶ θρόνους ἔχω* 533, OC 1267 *Ζηνὸς σύνθακος θρόνων Αἰδώς.* Contra tralate ubique apud Sophoclem pluralis legitur: OR. 237 399, OC. 368 375 et ubivis.

Eodem spectat *ἀρχαί* i. e. imperium: Cho. 863sq *ἀρχάς τε πολισσονόμους ἕξει πατέρων μέγαν ὄλβον.* — OR. 259 *ἔχων μὲν ἀρχὰς, ἃς ἐκεῖνος εἶχε πρίν*; ceteris locis singularem inveneris.

Ex vocis *θρόνοι* analogia plurative dictum esse censeo etiam *σκῆπτρα*[1]), quod vocabulum saepe cum *θρόνοι* coniunctum sit. Apud Homerum quidem is qui regnat *σκῆπτρον* habet (non *σκῆπτρα*), sed de praeconibus pluralis usurpatur: H. 277

1) Vergilius nonne imitatus est Graecos poetas verbis: *sceptra petit Euandri*?

Σ 505, quibus locis praeconem complura *σκῆπτρα* habuisse aeque ac lictorem fasces putari potest. Apud Aeschylum et propria vis in plurali legitur: Ag. 1264 *καὶ σκῆπτρα καὶ μαντεῖα περὶ δέρῃ στέφη* et figurata: Pro. 787 *πρὸς τοῦ τύραννα σκῆπτρα συλήθήσεται*, Eu. 629 *διοσδότοισι σκήπτροισι τιμαλφούμενον* (singularis: Pe. 766, Pro. 184). Contra Sophocles in propria significatione singulari (El. 420, OR. 456 811, Ph. 140ch), in tralata plurali tantum utitur: OC. 425 *ὃς νῦν σκῆπτρα καὶ θρόνους ἔχει* 449 1354, El. 651. Nimirum rex sicut solia, ita sceptra plus unum habebit.

Aliud instrumentorum genus, quae, cum una res dicebatur, saepe tamen in plurali ponebantur, sunt *ἅρματα*[1]) et similia. Prorsus eadem ratione Hebraice dicebant markĕbōth Habacuci 3,8 et Regum II 23,41. Derivandum autem est illud vocabulum de etymo *αρ* (*ἁρμόζω*, *ἀραρίσκω*). Sunt igitur *ἅρματα* ea quae coniuncta sunt. Qua de re poetae complurium partium ratione habita pluralem posuerunt. Quae sententia ut ad manum est, ita tamen Grashofium[2]) quoque et Iuhlium[3]) eodem modo illum numerum explicasse cum gaudio percepi. Ergo *ἅρματα* idem valet quod *τὰ ἡρμοσμένα*. Neque tamen ex analogia eius participii defendi debet (cf. quae supra dixi p. 52). Legitur autem apud Aeschylum *ἅρματα* Pro. 481 *ὑφ' ἅρματ' ἤγαγον φιληνίους ἵππους* (Weckleinius *ἅρματ' ἤγαγον*) Cho. 790 *πῶλον εὖνιν ζυγέντ' ἐν ἅρμασιν*; ceterum singularis quoque invenitur. A Sophocle autem pluralis solus adhibitus est, ita tamen ut complures currus indicet.

Contra saepius ab eo poeta de uno curru *δίφροι* dictum est. Recte sane, nam *δίφροι* est currus *διφόρος*; ideo pluralis aptissimus, cum *δίφροι* non ad singularem, sed ad binas personas pertineat. Et Aeschylus quidem semel hac voce eaque in singulari posita usus est, Sophocles autem uno excepto loco[4])

---

1) cf. currus: Verg. Aen. 1,486. 6,485. De Homerico autem usu vide Juhlii l. c. p. 36 sqq.

2) cf. Fuhrwesen p. 21 sq.

3) l. c. p. 36.

4) Quem Kummererus l. c. p. 17 neglexit.

(fr. 781,2) pluralem usurpavit: El. 50 *δίφρων κυλισθείς*, 510ch 742 750.

Ὄχοι [1]) ab eodem poeta ex analogia scilicet pluralis *ἅρματα* vel *δίφροι* vel Homerici *ὄχεα* de singulari curru dictum est fr. 60,6: *ὄχοις Ἀκεσσαίνοισιν ἐμβεβώς*. Contra Aeschylus singulari solo utitur.

Huius loci est etiam *ὅρμοι* (monile), quem pluralem variarum monilis partium causa adhiberi manifestum est Cho. 615: *χρυσοκμήτοισιν ὅρμοις πιθήσασα*.

Quid? eodem nonne *τόξα, βέλη, ἀγκύλαι, ξίφη* trahenda sunt? Equidem puto. ***Τόξα*** enim apud Homerum saepe arcum simul et sagittas significat, ut Il. 7,140 *οὐ τόξοισι μαχέσκετο δουρί τε μακρῷ*, ib. 5,404 8,296 2,718 *τόξων εὖ εἰδώς* 5,205. Ex ea autem vi, quam apud Aeschylum quoque et Sophoclem saepe reppereris, ad alteram illam et angustiorem significationem quae est arcus pluralem transgressum esse arbitror. Apud Aeschylum quidem legitur *τόξα* Pro 898 *τόξοισι κλεινός*, Pe. 251 *οὐδὲν γὰρ ἤρκει τόξα*, Ag. 515 *τόξοις ἰάπτων μηκέτ' εἰς ἡμᾶς βέλη*, Cho. 690 *τόξοις πρόσωθεν εὐσκόποις χειρουμένη*, Eu. 631 *θουρίοις τόξοις* (i. e. sagitta) *ἐκηβόλοισιν*; ceterum singularem quoque saepe posuit. Qui numerus apud Sophoclem raro invenitur et quidem, ubi arcus solus dicitur (Phil. 288 1128, fr. 873). Contra *τόξα* saepe de arcu simul et sagittis Tra. 512ch *παλίντονα τόξα τινάσσων* 517ch, saepissime in Phil. fabula: v. 68 75 113 654 763 840 924 942 956 975 981 1232. Arcum solum significat *τόξα* Phil. 710, sagittas Ph. 652, quam vim apud Homerum haec vox nondum habet, habet apud Euripidem.

---

1) Apud Homerum *ὄχεα* significat unum currum, *τὸ ὄχος* autem ille poeta nusquam scripsit.

Pluralis autem βέλη[1]) nonne ex analogia illius tam similis vocabuli τόξα usurpatus esse videtur?

Apud Aeschylum βέλη semel unum telum indicat (Cho 161 τά τ' ἐν χεροῖν παλίντονα — βέλη ἐπιπάλλων Ἄρης), frequenter vero apud Sophoclem Ph. 198ch τεῖναι τὰ θεῶν ἀμάχητα βέλη 1287 1406 βέλεσι τοῖς Ἡρακλέους: de arcu et sagitta (animadverte verborum positionem, cf. ib. 679 λέκτρων τῶν Διός Tra. 265) Ceterum ab utroque etiam singularis adhibitus est.

Porro pluralem ἀγκύλαι per eandem analogiam pro ἀγκύλη dictum esse censeo O R. 204: χρυσοστροφῶν ἀπ' ἀγκυλᾶν.

Idem valet in ξίφη, quod semel scripsit Sophocles: Ai. 231 ch συγκατακτὰς κελαινοῖς ξίφεσιν βότα (cf. v. 30). Quem pluralem neque antea neque postea quisquam de singulari ense usurpare ausus est. Singularem legimus Ai. 30 Ant. 1034. 1309.

Age vero nunc etiam alia eius modi nomina consideremus. Talia sunt apud Aeschylum et Sophoclem illa λέχη, λέκτρα et similia.

λέχη. Eadem ratione Hebraice pluralis usurpatur jetzūʿāi lectus meus (Hiobi 17,13). Vide etiam psalm. 63,7. λέχη (cf. lec-tus, goth. ligan, liegen) proprie significat spondas vel spondas et strata. Ex hac primaria vi apparet pluralem positum non esse nisi propter varias rei partes. Sic iam Homerus: Il. 3,391 κεῖνος ὅγ' ἐν θαλάμῳ καὶ δινωτοῖσι λέχεσσιν 3,448. Tralata autem matrimonii significatione neque is neque Aeschylus utitur. Hanc Sophocles adhibuit et ipsam numero plurali. Pluralem autem hunc de matrimonio usurpatum a propria vi lecti profectum esse facile concedes; sed ex eo quoque defendi potest, quod matrimonio, quippe quod multa Veneris dona contineat, numerosior notio inhaeret. Idem cadit in sequentia eius generis nomina. Ne tamen testimoniis careas, apud Aeschylum legitur λέχη Pro. 923 λεχέων Διὸς ἐυνάτειραν (ceteris locis λέχος: Pro. 576

---

1) cf. tela: Ovidii her. 14, 76. (Draegeri l. c. I. p. 8.)

Ag. 420, 1223), apud Sophoclem proprie: Ai. 1243 ἴετ' εὐθὺ πρὸς τὰ νυμφικὰ λέχη. Tra. 920 ὦ λέχη τε καὶ νυμφεῖ' ἐμά; tralate: Ant. 630 ἀπάτης λεχέων ὑπεραλγέων. Praeterea nimirum singularis quoque usitatus est.

Νυμφεῖα sc. λέχη. Ea vox non solum de conubio (Tra. 7 νυμφείων ὄτλον ἄλγιστον ἔσχον) verum etiam de sponsae cubiculo dicta est: Tra. 920, atque adeo de ipsa sponsa: Ant. 568 (ἀλλὰ κτενεῖς νυμφεῖα τοῦ σαυτοῦ τέκνου), id quod per analogiam illarum significationum, quae semper fere in plurali usurpabantur, factum esse intellexeris. Singularis autem uno loco legitur: Ant. 891.

Λέκτρα: Pro. 706 τῶν ἐμῶν λέκτρων — ξύννομε. Su. 37 (nusquam singularem inveni apud Aeschylum), OC. 527ch ἧ μητρόθεν δυσώνυμα λέκτρ' ἐπλήσω, tralate: Ant. 862 ἰὼ ματρῷαι λέκτρων ἆται. Ph. 679ch τὸν πελάταν λέκτρων ποτὲ τῶν Διός. OR. 260 ἔχων δὲ λέκτρα καὶ γυναῖχ' ὁμόσπορον. Singularis autem paucis locis legitur.

Εὐναί Aeschylus propria vi tori utitur: Ag. 1192 εὐνὰς ἀδελφοῦ (Singularem habes Se. 351ch, Ag. 13 27 1626, Eu. 217), significatione sepulcri: Cho. 317 ἔνθα σ' ἔχουσιν εὐναί (singularis usurpatus est Ag. 1447). Sophocles propriam vim vocis sprevit, tralatam ostendit his locis: OR. 1249 γοᾶτο δ' εὐνάς. Tra. 109ch εὐναῖς ἀνανδρώτοισι τρύχεσθαι El. 93ch 114. Singularem quoque is poeta adhibuit.

Εὐναστήρια: Tra. 918 καθέζετ' ἐν μέσοισιν εὐναστηρίοις.

Κοῖται (torus genialis): El. 195ch, Tra. 922. (Saepius autem κοίτη legimus).

Eodem traho *ταφαί* (sepulcrum) i. e. is locus, quo multi sepeliuntur; cf. Herodoti II 169 οἱ δέ μιν — ἔθαψαν ἐν τῇσι πατρωΐῃσι ταφῇσι — et Ai. 1090 ὅπως μὴ — αὐτὸς εἰς ταφὰς πέσῃς. 1109 τόνδε — ἐς ταφὰς ἐγὼ θήσω δικαίως. Neque tamen vertendum est »ein herrliches Grab«. Homerus quidem τάφος tantum exhibet idque singulari. Contra Sophocles ταφαί de unius quoque sepulcro dixit, ταφή de sepultura.

Eadem res est de *τάφοι*. Nam cum *τάφος* sepulturam significet, de sepulcro legitur *τάφοι*: OR. 142 *ἐπεί νιν θάνατος ἐν τάφοις ἔχει*. OC. 411 1410, El. 443, OR. 987. — Se. 914ch *τάφων πατρῴων λαχαί*.

Sed haec hactenus: Nunc consideremus aliud nominum genus, quae eleganter saepius plurative ponuntur: *λουτρά*, *ὕδατα* et similia. Et hac quidem in re periucunde monuit nos vir doctissimus de sanscritica forma plurali tantum quae est ápas (nom., apás acc. adbhis instr. adbhjas dat. abl. apsú apásu locat. apám gen.). Intellegi autem facile potest partium multitudinis causa numerum eum praelatum esse.

Λουτρά[1]) sc. *ὕδατα* proprie est aqua ad lavandum destinata, tralate libatio. Homerus habet solas formas *λοετρά* et *λοέτρ'*: *Χ* 444, *Σ* 489, *ε* 275, *θ* 249 et alibi. Apud Aeschylum legitur *λουτρά*: Pro. 575 *ἀμφὶ λουτρά*. Ag. 1095 *πόσιν λουτροῖσι φαιδρύνουσα*. Cho. 489 *μέμνησο λουτρῶν* 666. Eu. 464 *λουτρῶν* i. e. in lavando, fr. 31 *καλοῖσι λούτροις ἐκλέλουμαι δέμας*. Ceterum singulari hic poeta omnino usus non est, Sophocles semel tantum eum adhibuit: Ant. 1201, ceteris locis semper pluralem: OC. 1599 1602, Ai. 654 1405, El. 445 1139, Tra. 634ch i. e. *σπονδαί*, El. 84 *πατρὸς χέοντες λουτρά* El. 434.

Ὕδατα: OC. 1599 Sophoclis fr. 250,4 *ὕδασιν τοῖς Ἀχελῴου*.

Νίπτρα: Aeschyli fr. 221.

Χέρνιβες: Cho. 129 (*χέουσα τάσδε χέρνιβας φθιτοῖς*, quo loco indicatur aqua lustralis), Ag. 1021 (*κοινωνὸν εἶναι χερνίβων*) OR. 240.

Δρόσοι[2]): Ag. 348 *δρόσων δ' ἀπαλλαχθέντες*. 566 *λειμώνιαι δρόσοι* — Ai. 1208ch *πυκιναῖς δρόσοις τεγγόμενος*.

---

1) cf. aquae (Draegeri l. c. I p. 5 et Neuei l. c. I p. 402).

2) cf rores Verg. Ge. 1,385. Aen. 12,329. Hor. Carm. III 3,56.

Πάγοι[1]): Ag. 348 τῶν ὑπαιθρίων πάγων — Ant. 356ch δυσαύλων πάγων αἴθρια.

Πελάγη[2]), quod derivandum esse censeo ex etymo πλαγ (πλήσσω), licet aliam opinionem Schmidtius[3]) habeat, qui reiecto illo πλήσσω eam vocem dicat a Poeno pelag proficisci et πελάγη esse *Das Meer in Bezug auf seine weite Ausdehnung.* Iam Homerus Od. ε 335 ἁλὸς ἐν πελάγεσσιν. Eodem modo Sophocles: Ai. 702 Ἰκαρίων ὑπὲρ πελαγέων μολών. Ant. 966 παρὰ δὲ Κυανέων πελαγέων διδυμᾶς ἁλός. Falso[4]) in codicibus post πελαγέων additur πετρῶν, explicando quidem κυανέων adiectum, non ab inepte quodam interpretante sed quo πελάγη expellatur. Dindorfium quidem Wieseleri coniecturam σπιλάδων recepisse miror.

Huc traho etiam *στέφη*[5]) quod legitur Ag. 1264 (μαντεῖα περὶ δέρῃ στέφη) et Cho. 94 et OR. 913 τάδ' ἐν χεροῖν στέφη λαβούσῃ.

§ 4.

Age nunc videamus de moralium verborum plurali quid iudicandum sit, postquam de corporalibus satis superque actum est. Praetermitto autem hoc loco quae ceteri quoque Graecorum scriptores in plurali ponebant, velut φροντίδες, λύπαι, ὀδύναι et alia multa. Nam ea tantum nobis tractanda sunt, quibus differant tragici a consuetudine.

Et induebant quidem pluralem formam verba incorporalia apud Aeschylum et Sophoclem aut cum affectionum quasi multi-

---

1) pruinae ita: Lucretii II 515. 521. Verg. Ge. 1,230. 2,263. Hor. Carm. I 4,4. Ovidii Met. 3,488.

2) significat igitur »Gewoge, Geschlage«. — Similiter aequora Ovid. her. 8,73: trans aequora — rapta.

3) v. l. c. I p. 646 sqq.

4) cf. lexicon sub. πελάγη.

5) cf. Homericum στέμματα apud Juhlium p. 35 sq.

tudo atque copia significabatur (*πόθοι, ὀργαί, φόβοι*) aut, cum de pluribus agebatur sive rebus sive personis propter concinnitatem grammaticam vel numerorum attractionem (Pe. 595 *οὐδ' ἔτι γλῶσσα βροτοῖς ἐν φυλακαῖς*) aut, cum ipsa pluralis notio eis inerat (*ἐπιστολαί, τεχνήματα, γάμοι* et alia).

De nonnullis autem eorum, quibus affectionis quasi copia indicatur, recte iudicavit Kummererus [1]). Simile autem est quod Iudaei scribebant ēmōth māvet (metûs mortis) ps. 55,5. Itaque primum pauca exempla afferam, quae affectionem significent.

Πόθοι: OC. 333 *τέκνον, τί δ' ἦλθες, πότερα πόθοισιν;*

Φόβοι [2]): Ai. 351 *καὶ μὴν φόβοισί γ' αὐτὸν ἐξελυσάμην* OR. 585 *ἄρχειν — ξὺν φόβοισιν.* ib. 917 *εἰ φόβους λέγοι.* Contra Aeschylus singularem solum adhibuit.

Ὀργαί [3]): Pro. 331 *ἃς ἔχεις ὀργὰς ἄφες.* Ag. 71, Cho. 326, Eu. 850. Sed singularis saepius ponitur.

Μανίαι [4]): Pro. 904 *ὑπό μ' αὖ — φρενοπληγεῖς μανίαι θάλπουσι.* ib. 1090 *τί χαλᾷ μανιῶν;* Ag. 1575sq. Sed bis Aeschylus singularem usurpavit, Sophocles pluralem de insania consiliorum et mentis Ant. 960ch *κεῖνος ἐπέγνω μανίαις ψαύων τὸν θεόν.* Ex huius pluralis analogia Ai. 59 *μανίασι νόσοις*

---

1) v. l. c. II p. 21: *Wenn in anderen Fällen der Plural in deutscher Sprache nicht wiedergegeben werden kann, so ist weniger ein einem plurale tantum ähnlicher Gebrauch des Plurals als vielmehr eine Differenz im beiderseitigen Sprachgebrauche anzunehmen. Während nämlich im Griechischen diese abstracta im Plural eine Mehrheit bezeichnen, kommen dieselben in der deutschen Sprache nur im Singular vor, sodass wir diesen auch da setzen, wo der Plural im Griechischen gerechtfertigt ist.*

2) cf. metus Cic. fin. I 12,41, Lucr. 2,48, Verg. Ge. 2,491, Aen. 1,463 5,420, Hor. carm. I 26,1, Ov. her 10,13 met. 1,736 et timores Lucr. 2,45, Catull. 64,99 et ubivis.

3) cf. irae et aestus (Iacobi l c. p. 10sq) et iracundiae Plaut. Truc. I 1,7.

4) cf. furores Catull. 64,54, Verg. Aen. 4,501 5,801, Hor. Carm. II 3,325.

mihi positum esse videtur et *νοσήματα* Ai. 338 *τοῖς πάλαι νοσήμασιν* (cf. ib. 452 *λωσσώδην νόσον*).

Etiam pluralem *νόσοι*[1]) per analogiam scriptum esse censeo, sive comparandum erit *θυμοί*, ut Kummererus putat, sive alius similis pluralis (velut *μανίαι*): Ant. 819 *οὔτε φθινάσιν πληγεῖσα νόσοις.* OR. 962 *νόσοις ὁ τλήμων, ὡς ἔοικεν, ἔφθιτο.* Tra. 882 *τίς θυμὸς ἢ τίνες νόσοι τάνδ' αἰχμὰν βέλεος κακοῦ ξυνεῖλε;*

Etiam *εὔνοιαι*, quod legimus Su. 498, hoc loco memoratu dignum est.

§ 5.

Venio ad alia nomina moralia, quae eam ob causam in plurali posita invenimus, qnod ad complures sive personas sive res spectant.

Qua in re et logica necessitas valuit et numerorum attractio. Sed exemplis quid hoc sibi velit melius illustrabitur. Ita legimus Pe. 595: *οὐδ' ἔτι γλῶσσα βροτοῖς ἐν φυλακαῖς.* Poeta enim si scripsissit *βροτῷ*, certe posuisset etiam singularem *φυλακῇ*; nunc autem propter pluralem *βροτοῖς* per numerorum attractionem etiam pluralem *φυλακαῖς* suo iure praetulit. Eu. 214: *Ἥρας καὶ Διὸς πιστώματα. Διός* fuisset *πίστωμα.* Quia dei duo sunt, ponitur *πιστώματα.* (Pe. 174 ea vox ad viros translata est, quibus quis fidem habet: *Πέρσαι, γηραλέα πιστώματα*). Cho. 975 *ὅρκος τ' ἐμμένει πιστώμασιν*: duae personae, Aegisthus scilicet et Clytaemestra dicuntur; ideo recte pluralis *πιστώμασιν* adhibitus est. Ag. 869: *παῖς — ἐμῶν τε καὶ σῶν κύριος πιστωμάτων.* Conferas etiam Cho. 504: *παῖδες γὰρ ἀνδρὶ κληδόνες* (gloria) *σωτήριοι θανόντι.* Eu. 192: *οἵας ἑορτῆς ἔστ' ἀπόπτυστοι θεοῖς στέργηθρ' ἔχουσαι.* Pro. 508 *πρὸς ἀλλήλους τίνες ἔχθραι τε καὶ στέργηθρα καὶ συνεδρίαι.* Se. 914ch: *τῶν πατρῴων τάφων λαχαί.* Su. 633 *λέξωμεν ἐπ' Ἀργείοις εὐχὰς ἀγαθὰς ἀγαθῶν ποινάς*; hic *ποιναί* propter

---

1) Similiter morbi Tibull. 4, 11,3: *Ah ego non aliter tristes evincere morbos optarim.*

εὐχάς, quod anteit, concinnitatis causa positum est remunerationem significans. Se. 174: *πολίταις τάσδε διαδρόμους φυγὰς θεῖσαι.* Su. 202 *τορῶς λέγουσαι τάσδ' ἀναιμάκτους φυγάς.* Ai. 900ch: *ὤ μοι ἐμῶν νόστων* de duodecim choreutarum choro dictum est et El. 194 *οἰκτρὰ μὲν νόστοις αὐδά* reditus Agamemnonis sociorumque eius plurali significatur. Pe. 863sq: *νόστοι δ' ἐκ πολέμων ἀπόνους — ἆγον οἴκους.* Eu. 250sq: *ὑπέρ τε πόντον ἀπτέροις ποτήμασιν ἦλθον διώκουσα.* Ea enim verba ut a coryphaeo fiunt ita ad totum chorum spectant (cf. v. 247 *ἐκματεύομεν*); itaque plures sunt volantes. Su. 427ch: *τὰν φυγάδα — ἐκβολαῖς δυσθέοις ὀρμέναν.* Hoc enim loco *τὰν φυγάδα* collective usurpatum est omnes Danai filias significans. Eu. 751: *πεμπάζετ' — ἐκβολὰς ψήφων.* OR. 1492 de Oedipi filiabus scriptum est: *ἀλλ' ἡνίκ' ἂν δὴ πρὸς γάμων ἥκητ' ἀκμάς* et fr. inc. 767 *ἐρρήξάτην ἐς κύκλα χαλκέων ὅπλων.* Similia exempla sunt haec: Sophoclis fr. 1019 *εἷς ἔστι θεός, ὃς οὐρανόν τ' ἔτευξε κ' ἀνέμων βιάς.* OC. 552 *τὰς αἱματηρὰς ὀμμάτων διαφθοράς.* Cho. 49 *ἰὼ κατασκαφαὶ δόμων*, quo loco concinnitatem valere apertum est. Pro. 99 *μόχθων τέρματα.* Su. 467 *πολλῶν ἄκουσον τέρματ' αἰδοίων λόγων.* Su. 519 *πτερωτῶν ἁρπαγαί.* Se. 338 *ἁρπαγαὶ δὲ διαδρομᾶν ὁμαίμονες.* Ag. 125sq. *ἰδὼν δύο λήμασιν ἴσους* (Weckleinius *δύο λήμασι δισσούς*). Ai. 759 *βαρείαις πρὸς θεῶν δυσπραξίαις.* El. 34 *ὅτῳ τρόπῳ πατρὶ δίκας ἀροίμην τῶν φονευσάντων πάρα*: ubi pluralis *δίκαι*, cum ad plures spectet homines, concinnitatis causa positus est. Pe. 235 *τῆλε πρὸς δυσμαῖς ἄνακτος Ἡλίου φθινασμάτων*: quo loco poeta *φθινάσματα* iterum per numeri attractionem scripsit. Et quod ad hanc tam admirabilem synonymarum vocum coniunctionem attinet, similes inveni has: Pe. 546 *λέκτρων εὐνὰς — ἀφεῖσαι.* Ag. 948 *ἐς δόμων μέλαθρα.* Se. 837 etiam *πόνοι πόνων.* OC. 1238ch *κακὰ κακῶν* i. e. mala omnium extrema (cf. Pe. 334 809 *κακῶν ὕψιστα* — Phil. 65 *ἔσχατ' ἐσχάτων κακά*) OR. 465 *ἄρρητ' ἀρρήτων τελέσαντα φονίαισι χερσίν.* Ant. 166 quod extat *θρόνων κράτη* numeri attractio

est (cf. OC. 375 γῆς κράτη δὲ καὶ θρόνους νέμω). Iam vero El. 206 legimus *τοὺς ἐμὸς ἴδε πατὴρ θανάτους αἰκεῖς διδύμαιν χειροῖν*, quae non sine explicatione adscripserim. Et falso Seidlerus (ad Eur. El. 479) pluralem numerum maxime de morte violenta dici censet, nam [1]) opponi possunt OC. 1425 ὃς σφῷν θάνατον ἐξ ἀμφοῖν θροεῖ et alii loci, ubi de morte violenta singularis usurpatus est. Potius hic quoque pluralis ex attractione numerorum explicandus est. Sequitur enim διδύμαιν χειροῖν. Itaque, quia duplex necis auctor, concinnitatis causa grammaticae pluralis θάνατοι positus est.

Huc traho etiam pluralem ἕλωρα Su. 80Sch: *κυσὶν* δ' ἐπειθ' *ἕλωρα* — οὐκ ἀναίνομαι πέλειν. Pluralis enim κυσίν concinnitatis causa illud ἕλωρα secum traxit. Praeterea ἀναίνομαι quasi collective de toto choro dictum est pro ἀναινόμεθα; cf. Il. α 4 αὐτοὺς δὲ ἑλώρια τεῦχε κύνεσσι. Nos quidem primo obtutu valde offendimus in hac coniunctione quam iniit vocabulum (vel verbum) in singulari positum cum attributionis plurali, minus Athenienses ipsi. Itaque hoc loco iterum exspatiandum videtur, ut haec numerorum discrepantia pluribus disseratur Recte sane Wrobelius [2]) G. Hermanni opinionem reicit censentis [3]) *pluralem cum emphasi pro singulari a tragicis usurpari.* Kuehnerus [4]) autem ita: *die Dichter gebrauchen den Plural oft, um den Ausdruck zu amplificiren — ein Gleiches geschieht in der Dichtersprache nicht selten bei der Apposition und bei dem praedicativen Substantiv. Theogn. 1293 γάμον, χρυσῆς Ἀφροδίτης δῶρα, Il. P. 255 Πάτροκλον Τρωῇσι κυσὶν μέλπηθρα γενέσθαι.*

Tamen ne his quidem verbis res mihi explicata videtur. Reliqui vero viri docti aut idem fere docent aut difficultatem

---

1) cf. l. c. I p. 21.

2) l. c. p. 25 an.

3) cf. adnot. ad. Vig. p. 739.

4) l. c. § 348 vol. II p. 17.

transierunt velut Kruegerus[1], Hermannus[2], Porsonus[3]. Bernhardyus[4]) autem de hac re haec facit verba: *Merkwürdig ist der Plural von Praedicaten und in der Zusammenstellung mit singularen Begriffen, deren eigentümliche Bedeutung nicht mit voller Sicherheit ermittelt wird, da dieser Gebrauch, als er von den Dichtern ausgebildet war, nur allmählich zu den Prosaikern überging.*

Iacobus[5]) denique eam opinionem habet, ut dicat: *Hic mos* (i. e. quo pluralibus vel magnitudinem et magnificentiam vel praestantiam et pulchritudinem exprimi putat) *placuit tamen hominibus antiquis, qui rem per se gravem, pulchram atque religiosam numero plurativo longe graviorem, pulchriorem et religiosiorem fieri censebant!* Facile autem ille eo refutatur, quod pluralem tum quoque positum videmus, cum de vili re agitur; cf. Phil. 36 *ἔκπωμα, φλαυρουργοῦ τινος τεχνήματ' ἀνδρός* et cum illo plurali, quo vel magnitudinem et magnificentiam vel praestantiam et pulchritudinem exprimi ab antiquis poetis dicit Iacobus, etiam ea adiectiva nomina coniunguntur, quae magnitudinem vel praestantiam vel tale quid significent; cf. Ovidii fast. I 70: *Et resera nutu candida templa tuo.*

Mihi quidem talis explicatio, quae omnia eiusmodi exempla simul expediat, neque posse fieri videtur neque debere. Aliud enim exemplum mea opinione non alia ratione explicare non possumus. Neque nimirum omnibus locis attributionem in plurali positam esse apparet ex versu Tra. 603, ubi legimus *πέπλον, δώρημ' ἐκείνῳ τ' ἀνδρί.* Atque versa vice iuxta vocabuli pluralem attributionis singularis legitur: Su. 515 *κλάδους μὲν αὐτοῦ λεῖπε, σημεῖον πόνου*, Ag. 583sqq. *Ἀργείων στόλος θεοῖς λάφυρα ταῦτα τοῖς — δόμοις ἐπασσάλευσαν ἀρχαῖον γάνος.*

---

1) cf. Dial. § 44,3,4.
2) ad Vig. p. 897.
3) cf. ad. Eur. Or. 1051.
4) l. c. p. 64.
5) cf. l. c. p. 24.

Et primum quidem in attributionis plurali, cum ad singularem alicuius vocabuli adiungebatur, re vera aliquid plurativi, quod dixeris, infuisse animadvertas. Velut Phil. 36, ubi habes ἔ κ π ω μ α, φλαυρουργοῦ τινος τ ε χ ν ή μ α τ' ἀνδρός, poculum quasi collectivum est; nam multis est artificiis compositum. Artifex enim id non solum e rudi materia excavabat, sed etiam cera expoliebat, ansas addebat, marginem rotundabat, acanthum fortasse vel simile ornamentum quamvis vile insculpebat. Ab ea re proficiscamur oportet. Paulatim autem poetae sive per analogiam sive exaggerationis gratia tum quoque hunc pluralem ponebant, cum plurativi nihil voci inerat; itaque Euripides Alc. 1030 de una muliere νικητήρια dixit. Sed satius est singula exempla afferre: Il. P 355 legitur Π ά τ ρ ο κ λ ο ν Τρωῇσι κ υ σ ὶ ν μ έ λ π η θ ρ α γενέσθαι. Quo loco pluralem μέλπηθρα concinnitas exigebat propter κυσίν; cf. Su. 808ch (κυσὶν δ' ἔπειθ' ἕλωρα οὐκ ἀναίνομαι πέλειν). De illo deinde exemplo, quod scriptum est Theogn. v. 1293: Ἀταλάντη — φεύγουσ' ἱμερόεντα γ ά μ ο ν, χρυσῆς Ἀ φ ρ ο δ ί τ η ς δ ῶ ρ α nemo probabit mihi Spittae [1]) verba iudicantis *donum vocabulum saepius pluralem numerum prae se ferre ad indicandam rem divinam.* Mea quidem opinione potius eam ob causam δ ῶ ρ α positum est pro δ ῶ ρ ο ν, quia γ ά μ ο ς ille per annos durat et dona non unum sed complura vel adeo multa sunt in singulari γ ά μ ῳ quae praestat Venus. Perbene igitur poeta dixit δῶρα et rectius quam si scripsisset δῶρον. Etiam apud Aeschylum legitur Κρητικοῖς χρυσοκμήτοισιν ὅ ρ μ ο ι ς πιθήσασα, δ ώ ρ ο ι σ ι Μ ί ν ω. Quo loco δώροισι concinnitatis causa propter ὅρμοις adhibitum esse facile intellexeris. Illud autem Sophocleum exemplum Phil. 36 (ἔκπωμα, φλαυρουργοῦ τινος τεχνήματ' [2]) ἀνδρός) supra explanavimus.

---

1) cf. quaestiones Vergilianeas 1867 p. 13 et Iuhlii l. c. p. 53.

2) Similiter Eur. Or. 1052 ξίφος — μνῆμα — τεχνάσματα. Quem sermonem imitatus scilicet est Verg. Aen. 5,359 *clipeum, Didymaonis artes.*

Schneidewinum autem falso ad hunc versum adnotare *der Plural spottet über das Aermliche* ex eis exemplis apparet, quae ipse affert: Hes. scut. 313 *τρίπους, κλυτὰ ἔργα περίφρονος Ἡφαίστοιο* et quae sequuntur. Sed apud Sophoclem fr. 269 invenitur *ἐρωδιὸς γὰρ ὑψόθεν ποτώμενος ὄνθῳ σε πλήξει, νηδύος χειλώμασι.* Et hoc maxime loco pluralis ipsa re postulabatur; hinc illud *χειλώμασί σε πλήξει.* Vox autem *ὄνθος* pluralem non habet sed est singulare tantum; ergo coactus fuit poeta hic fracta concinnitate singularem pro plurali adponere. Accedit hoc Aeschyleum: Eu. 23 *ἔνθα Κωρυκὶς πέτρα-δαιμόνων ἀναστροφαί* (Weckleinius praebet *ἀναστροφή*); de quo recte Wrobelius [1]) pluralem dicit significare frequens fuisse in antro illo deorum deverticulum. Simillimum est illud *ἐπιστροφαί*, quod adhibitum videmus Se. 948 *πόλιν ἕξει πατρῴων δωμάτων τ' ἐπιστροφάς* et Eu. 551 *ξενοτίμους ἐπιστροφὰς δωμάτων αἰδόμενός τις ἔστω.* Quis autem est qui neget admirabilem quandam perspicuitatem inesse tali attributionis plurali? Iam vero illis explicatis exemplis commode etiam alia interpretabimur velut Ag. 951 *κηκῖδα — εἱμάτων βαφάς*, Eur. Alc. 624 *κόσμον φέροντας, νερτέρων ἀγάλματα* et alia.

§ 6.

Sequitur ut de uno quod reliquum est genere verborum moralium dicendum sit. Et horum quidem forma plurali multitudinem revera contineri fere in concesso esse puto. Ac primum affero *ἀνάγκαι.* Is pluralis, quem Homerus sprevit, iam apud Herodotum (I 116) significat vincula, catenas: *Ἀστυάγης δέ μιν ἀγόμενος εἰς τὰς ἀνάγκας.* Similiter dictum est Pro. 108 *ἀνάγκαις ταῖσδ' ἐνέζευγμαι τάλας* et Pe. 890.

Etiam *λύμαι* ad eiusdem Promethei vincula pertinent Pro. 155, ubi legimus *ταῖσδ' ἐν ἀδαμαντοδέτοισι λύμαις*, ib. 443 *δαμέντ' ἀδαμαντοδέτοις Τιτᾶνα λύμαις εἰσιδόμαν* (Ceteris autem locis ea vox propria utitur vi labis et in singulari ponitur).

---

1) l. c. p. 28.

Eodem modo quasi corporalem habet vim *κάλλη* Ag. 914 *ἐν ποικίλοις δὲ θνητὸν ὄντα κάλλεσιν βαίνειν*, quibus vestes [1]) purpura tinctae dicuntur.

Σκότοι sunt spatia obscura Eu. 668: *οὐδ' ἐν σκότοισι νηδύος τεθραμμένη*, contra *δνόφοι* simpliciter tenebrae Cho. 50 sq.: *ἀνήλιοι βροτοστυγεῖς δνόφοι καλύπτουσι δόμους*.

Πνοαί spiritus i. e. anima: Pro. 827 *ἃς θνητὸς οὐδεὶς εἰσιδὼν ἕξει πνοάς*. Se. 63. Et hic quidem in comparationem vocare licebit et sanscriticum pluralem prānās et Hebraicum *χ*ajjīm. Exhalationem autem *πνοαί* significat Ag. 811. Similiter usurpatur *ἀμπνοαί* Ant. 416: *ἔτ' ἀμπνοὰς ἔχοντα*.

Ποιναί, quae forma ignota Homero, non solum poenae sunt sed etiam quasi collective ultio; ita habes Eu. 466 *ἔκτεινα τὴν τέκουσαν — ἀντικτόνοις ποιναῖσι — πατρός* et ib. 203 *ἔχρησα ποινὰς τοῦ πατρὸς πέμψαι*. El. 564 *τίνος ποινὰς τὰ πολλὰ πνεύματ' ἔσχεν ἐν Αὐλίδι*, i. e. *τίνος χάριν*. Ceterum singularis quoque *ποινή* legitur.

Δεῖπνα [2]) (convivium), Homero item ignota, apud Aeschylum exstant Eu. 108 *νυκτίσεμνα δεῖπν' ἐπ' ἐσχάρᾳ πυρὸς ἔθυον*. fr. 176 *σῖτον εἰδέναι διώρισα, ἄριστα, δεῖπνα, δόρπαθ' αἱρεῖσθαι τρίτα*, apud Sophoclem OR. 779. (Tra. 268 El. 203). Singularem semel repperi: Ai. 1294.

Propter motuum autem multitudinem dicitur *φυγαί*: Eu. 427 *ἦ καὶ τοιαύτας τῷδ' ἐπιρροιζεῖς φυγάς*. Su. 400. — Ant. 1234 *ἐκ δ' ὁρμωμένου πατρὸς φυγαῖσιν ἤμπλακε*.

Similiter *ὁδοί* invenitur OC. 553 1397. Ant. 226 (singularem autem habes OC. 1274 *φιλτάταν ὁδὸν φανῆναι*) nec non et *κέλευθοι* OC. 1163 *ὦ δεινοτάτας οἴμοι πεμφθεὶς κελεύθους*.

Τόλμαι sunt audacter facta, »Wagestücke« Ai. 46: *ποίαισι τόλμαις ταῖσδε*; iterum ignotae Homero.

---

1) ut iam grammatici annotaverunt in Thes. indicati vol. IV p. 892 (cf. lexicon Aesch. Dind. p. 1730).

2) cf. dapes; Ovid. Met. 6,684 *veniam dapibus orant*, Hor. *dapes inemptae*, Verg. *dapes opimae* et *onerare mensas dapibus*.

Neque *τρόποι* Homerus, qui pluralis ratione singularum cogitationum habita, e quibus animus constat, omnibus locis positus est, ubi Sophocles ea voce utitur: Ai. 736 1246. El. 397 1051. Contra apud Aeschylum et singularem invenimus et pluralem cumque his locis: Pro. 325 *μεθάρμοσαι τρόπους νέους* Ag. 847 *τοὺς φιλάνορας τρόπους λέξαι* ib. 918. Eu. 444 *ἐν τρόποις Ἰξίονος*. Eiusdem generis est *ἤθη* (indoles), quod Aeschylus exhibuit Pro. 200 (*ἀκίχητα — ἤθεα ἔχει*). Pe. 959 et *πραπίδες* (Su. 98 *δαυλοὶ γὰρ πραπίδες*). Adsero Pr. 996 *τοιοῖσδε αὐθαδίσμασι*, quod hac in societate facile veniam habebit sicut et illa *προσδέγματα* Tra. 628: *τὰ τῆς ξένης προσδέγματα — ὁρᾶν, αὐτὴν δ' ὡς ἐδεξάμην φίλως*; nam receptus hic qualis sit multis ex rebus cognoscitur; et recte sane iam Kummererus[1]): *man kann beim Plural an mehrere Momente des Empfanges — denken, z. B. bewillkommende Worte etc.*

Ἔρωτες porro gaudia amoris sunt: Ai. 1208 *ἐρώτων δ' ἐρώτων ἀπέπαυσεν*. Sed Ant. 617 significant cupidines, optata: *ἐλπὶς πολλοῖς δ' ἀπάτα κουφονοῶν ἐρώτων*, quam vim habet etiam *ἁμιλλήματα* El. 494 ch. *ἄλεκτρ' ἄνυμφα γὰρ ἐπέβα μιαιφόνων γάμων ἁμιλλήματα*. Deinde *κράτη* sunt quod nostra lingua dicimus »Machtbefugnisse, Hoheitsrechte«. Respondent autem fere voces imperium, potentia, potestas. Alienus ab Homero hic pluralis. Apud Aeschylum legitur Su. 445 sq. *τάδε φράσαι δίκαια Διόθεν κράτη*. Cho. 1 *Ἑρμῆ χθόνιε πατρῷ' ἐποπτεύων κράτη*. Pe. 787 *ἅπαντες ἡμεῖς, οἳ κράτη τάδ' ἔσχομεν*. Qua ex imperii vi facile significatio victoriae proficiscebatur, quam habes Su. 962 *εἴη δὲ νίκη καὶ κράτη τοῖς ἄρσεσιν*. Ceterum prorsus non est, cur cum Nauckio, Weilio, Dindorfio hoc loco *κράτος* scribamus, praesertim cum ab his poetis in talibus synonymorum, quae vocant, coniunctionibus vel eorum nominum, quae inter se opposita sint, certa numerorum vicissitudo ametur. Quam rem ita se habere ex his ipsis exemplis cognosce: Pro. 184 *σκῆπτρον*

---

1) cf. l. c. II p. 9.

τιμάς τ' ἀποσυλᾶται. Pro. 200. Su. 808 sq. ἕλωρα — δεῖπνον. ib. 904 σφάκελος καὶ φρενοπληγεῖς μανίαι. Ant. 60 ψῆφον τυράννων ἢ κράτη. OC. 92 κέρδη μὲν — ἄτη δὲ Ph. 90 sq. πρὸς βίαν — καὶ μὴ δόλοισιν OR. 960. El. 1252. OC. 782 λόγῳ μὲν — τοῖσι δ' ἔργοισιν. OC. 1582. Il. 159 ᾧ ἔδωκε Κρόνου παῖς — σκῆπτρον ἠδὲ θέμιστας. — Sophoclea autem huius vocis exempla optime ita divisit Kummererus[1]):

a) fortia facta: El. 689 ἀνδρὸς ἔργα καὶ κράτη.

b) vis fortioris sive victoria Ant. 485 εἰ ταῦτ' ἀνατὶ τῇδε κείσεται κράτη. Ai. 446.

c) dominatio ipsa: Ant. 173 ἐγὼ κράτη δὴ πάντα καὶ θρόνους ἔχω. — OR. 212 ὦ τᾶν πυρφόρων ἀστραπᾶν κράτη νέμων. (Singularem ita habes Phil. 142 πᾶν κράτος Ὠγύγιον. OC. 373 ἀρχῆς λαβέσθαι καὶ κράτους τυραννικοῦ. Itaque ubique notioni κράτος adiectivum adiunctum est).

Affinia his sunt pluralia illa θρόνοι et σκῆπτρα, de quibus morali sensu dictis supra[2]) disputavimus aeque ac de λέχη similibus, quae incorporalem vim interdum habent. Eodem referendum est γάμοι, quem pluralem ita explico, ut in notione matrimonii quasi rerum iucundarum varietas respiciatur. Qua de causa Theogn. v. 1293 (Ἀταλάντη — φεύγουσ' ἱμερόεντα γάμον, χρυσῆς Ἀφροδίτης δῶρα) cum singulari γάμος pluralem δῶρα coniunctum esse supra[3]) vidimus. Ceterum Homerus, si de conubii vi agebatur, pluralem non posuit, immo γάμοι apud eum festam nuptiarum dapem denotat Σ 491 γάμοι τ' ἔσαν εἰλαπίναι τε. Contrarie Aschylus de matrimonio applicans Pro 565 765 τῶν σῶν γάμων[4]) μνηστῆρος 885 921 979. Se. 765. Ag. 1155. Su. 84. 334, item Sophocles, qui singulari rarissime usus est, OC. 945 γάμοι ἀνόσιοι. OR. 825 1403 1492. El. 494 ch. 971. OC. 526 751. Tra. 504 ch. 834 ch. Ant. 575 870. OC.

1) cf. l. c. II p. 9.
2) p. 53sq.
3) p. 56.
4) cf. Verg. Aen. 7,96 *ne pete conubiis natam sociare Latinis, o mea progenies, talamis neu crede paratis.*

978 989. Quin etiam ipsa uxor γάμοι appellata est (cf. Tra. 1139 ὡς προσεῖδε τοὺς ἔνδον γάμους), ut mihi videtur, per analogiam illius νυμφεῖα, quod alio loco Sophocleo (Ant. 568 ἀλλὰ κτενεῖς νυμφεῖα τοῦ σαυτοῦ τέκνου;) sponsam significat.

Νυμφεύματα denique de matrimonio adhibitum est OR. 980.

Alia res est de eis quae sequuntur, quae ipsum sermonem hominum loquentium describunt. Mandatum enim quod facimus vel ius iurandum propter vocum vel enuntiatorum multitudinem etiam plurative enuntiari poterit.

Tale est ἐπιστολαί [1]) (mandatum, non litterae) alienum ab Homero, probatum tamen Aeschylo Pro. 3. Pe. 785. Su. 1023. fr. 285 ἀκούσας τὰς ἐμὰς ἐπιστολάς et Sophocli OC. 1601. Tra. 493 λόγων ἐπιστολάς. Ai. 781. fr. 130 μηδὲν φοβεῖσθαι προσφάτους ἐπιστολάς. Singularem neque Aeschylus exhibuit neque Sophocles.

Quod ad ὅρκος attinet, Homerus singularem solum posuit, item Aeschylus, qui plurali eis tantum locis usus est, ubi de pluribus hominibus agitur. Aliter Sophocles ad unum hominem ὅρκοι rettulit Ant. 394. Ai. 1123.

Ἀραί apud Aeschylum deae sunt maximeque in Eumenidum fabula leguntur, apud Sophoclem autem moralem habent vim imprecationis atque exsecrationis: El. 1419 ch. OR. 295. Ant. 427. OC. 154 ch, 952 et alibi.

Porro κτύποι Pro. 948 (τοῖς πεταρσίοις κτύποις πιστός) contemptim dictum est; Sophocles singularem tantum posuit.

Eiusdem generis sunt ὀμφαί: OC. 102 κατ' ὀμφὰς τὰς Ἀπόλλωνος (ceteris autem locis habes singularem) et βοαί: Ant. 1021 οὐδ' ὄρνις εὐσήμους ἐπιρροιβδεῖ βοάς.

Consonum est quod sonorum quoque multitudo his nominibus exprimitur: μυκηθμοί, quod legimus Sophoclis fr. 153

---

1) Epistolae autem ex analogia pluralis litterae sunt positae: Iustin. I. 5,10. 6,1, Plin. ep. X 5 et 15.

μυκηθμοῖσι καὶ βρυχήμασιν πρέπουσι μήλων πᾶν τ' Ἐρέχθειον πέδον. *βλαχαί* (vagitus) Se. 335. *κωκύματα* Pe. 430 *οἰμωγὴ δ' ὁμοῦ κωκύμασιν*, ib. 335 *λιγέα κωκύματα*, — Ant. 1079 *ἀνδρῶν γυναικῶν σοῖς δόμοις κωκύματα*, ib. 1266 *φωνῆς ὀρθίων κωκυμάτων κλύει τις* Ai. 321.

Aliud est pluralis *τύχαι* singulas continens fortunas, quibus *τύχη* constat. Legitur autem Sophoclis fr. 583 *οὐ χρή ποτ' εὖ πράσσοντος ὀλβίσαι τύχας ἀνδρὸς πρίν* — a quo exemplo proficiscendum est. Simile est OR. 1526 *πᾶς ὃν ἐζήλου πολιτῶν καὶ τύχαις ἐπέβλεπον* (hanc enim Dindorfii lectionem accipiendam puto reiecta Hermanni aliorumque qui scribunt *οὐ ζήλῳ πολιτῶν ταῖς τύχαις ἐπιβλέπων*). Quibus duobus locis *τύχαι* res secundas significat; contra res adversas: Ai. 283 *τοῖς ξυναλγοῦσιν τύχας.* Ceterum singularem quoque Sophocles adhibuit. Aeschylo autem *τύχαι* fere calamitatem valent et quidem frequenter: Pro. 120 *οὔτε μὴ σιγᾶν τύχας οἷόν τέ μοι τάσδ' ἐστί*, 196 *δέδια γὰρ ἀμφὶ σαῖς τύχαις*, ib. 288. 304 *ταῖς σαῖς δὲ τύχαις, ἴσθι, συναλγῶ*, 363. 573 *ὀλοὰς τύχας*, 660. 664 *κἀποδύρασθαι τύχας.* Se. 620 Ag. 197. 1130 *ἰὼ ταλαίνας κακόποτμοι τύχαι.* 1275. Cho. 82 *ματαίοισι δεσπόταν τύχαις* Eu. 958. Multo rarius *τύχαι* fortunam indicat velut Cho. 785 *Ζεῦ — δὸς τύχας* Eu. 924. fr. 281.

Similis generis est pluralis hic qui »Segnungen« verti potest: Eu. 997 *χαίρετ' ἐν αἰσιμίαισι πλούτου.* Praeterea pluralis *αἰσιμίαι* ad verbi pluralem *χαίρετε* i. e. ad complures homines pertinet.

Δυσπραξίαι habes apud Aeschylum Eu. 772 *ἀμηχάνοισι — δυσπραξίαις.* *Ἀντολαί*[1]): Pro. 733 *ἡλίου πρὸς ἀντολάς*, ib. 817. Ag. 1179; singularis alienus ab Aeschylo. Etiam *δυσμαί* apud Aeschylum plurale tantum est: Pe. 235 inveneris *τῆλε πρὸς δυσμαῖς ἄνακτος Ἡλίου φθινασμάτων.* Quid? quod in fr. 67 de una persona hic poeta dixit *ἐπὶ δυσμαῖσι* (— *τεοῦ*

---

1) cf. Od. 12,4 *ἀντολαὶ Ἠελίοιο* (Iacob. l. c. p. 13sq.), *ortus* pl. Cic. invent. I 34,59. Lucr. 1,212. 5,211. Catull. 66,2. Verg. Aen. 4,118. 6,255. Ecl. 9,46. Tibull I 1,27. Ovidii Met. 1,779. 2,43. et alia.

πατρός)! Sane, eam ipsam ob causam quia apud poetam ea vox auctoritate pluralis tantum florebat.

Eandem vim habet *διαφθοραί* OR. 573 (*τάσδ' ἐμὰς Λαΐου διαφθοράς*). Qui pluralis mea quidem opinione non ita explicandus est, ut de compluribus plagis, quibus paretur mors, cogitetur, sed ex mera analogia pluralis *δυσμαί* similium (*φοναί* vel *θάνατοι*).

Atque simplex *φθοραί* legitur Ag. 805 *ἀνδροθνῆτας Ἰλίου φθοράς*, destructio enim compluribus fit actionibus (singularis autem adhibitus est Ag. 415).

Idem valet ad pluralem *κατασκαφαί* quem invenimus Se. 46: *πόλει κατασκαφὰς θέντες*. Contra suffossiones significat Se. 998sq: *Ἐτεοκλέα — θάπτειν ἔδοξε γῆς φίλαις κατασκαφαῖς* et ib. 1028: *τάφον γὰρ αὐτῇ καὶ κατασκαφὰς ἐγὼ μηχανήσομαι*. Antigonae autem fabulae versu 920 est idem quod *ταφαί* i. e. sepulcrum: *ζῶσ' ἐς θανόντων ἔρχομαι κατασκαφάς*.

Τελευταί ad complures res spectat Su. 144: *τελευτὰς δ' ἐν χρόνῳ πατὴρ — πρευμενεῖς κτίσειεν*. Idem pluralis Ag. 745 (*ἐπέκρανεν δὲ γάμου πικρὰς τελευτάς*) propterea est positus, quia compluribus factis conubium finitum est.

Θάνατοι: Cho. 52 *δεσποτῶν θανάτοισι*. Se. 864 *μελέους θανάτους εὕροντο*. Tra. 1276. OR. 1200ch; de unius autem morte ex analogia Aeschylei pluralis tantum *δυσμαί* (cf. fr. Aeschylei 67 *ἐπὶ δυσμαῖσι τεοῦ πατρός*) ipsi *θάνατοι* cernuntur OR. 496 *Λαβδακίδαις ἐπίκουρος ἀδήλων θανάτων*, quo loco mihi per pluralem etiam illud *ἄδηλον* consilio auctum esse videtur.

Idêm cadit in *φόνοι*, quod habes El. 11 *ὅθεν σε πατρὸς ἐκ φονῶν ἐγώ ποτε — ἤνεγκα*, ib. 779 *ἐγκαλῶν δέ μοι* (scilicet *αἰέν* cf. OC. 990) *φόνους πατρῴους δείν' ἐπηπείλει τελεῖν* et OC. 990 *οὐδ' οὓς αἰὲν ἐμφορεῖς σύ μοι φόνους πατρῴους ἐξονειδίζων πικρῶς*. Quo loco pluralis *φόνοι* vel propter *αἰέν* positus esse potest id est »mors, quam tu mihi semper exprobras« — ita ut mortes esse videantur. Tra. 558 *ὃ παρὰ Νέσσου φθίνοντος ἐκ φονῶν ἀνειλόμην*.

Eodem modo etiam θύματα et σφαγαί de una immolatione dicuntur. Ita primum legitur θύματα, quae vox paene plurale tantum est: El. 573 de Iphigenia ὧδ' ἦν τὰ κείνης θύματα, deinde σφαγαί (de compluribus pecudibus Ag. 1057 ἕστηκεν ἤδη μῆλα πρὸς σφαγὰς πυρός, ib. 1096) de una: Eu. 450 σφαγαὶ — νεοθήλου βοτοῦ; apud Sophoclem (de compluribus hominibus δόλοισι κλέψαι χειρὸς ἐνδίκους σφαγάς. El. 37) de una bestia: El. 568 ἔλαφον, οὗ κατὰ σφαγὰς ἐκκομπάσας; etiam de vulnere: Tra. 573 αἷμα τῶν ἐμῶν σφαγῶν.

Huc traho ῥύσια[1]) sc. χρήματα aut id quod vi abstrahitur, praeda. Ad complures res pertinet Su. 417: μήτε δῆρις ῥυσίων ἐφάψεται, ib. 736 ῥυσίων ἐφάπτορες. De una re vel persona usurpatur Su. 318 Ἔπαφος ῥυσίων ἐπώνυμος, quo loco ῥύσια proprie significat »Fortzerrereien«, »Entreissen«, i. e. liberationem (singularis autem non solum vim habet praedae (Ag. 540) sed etiam pecuniae, qua redimitur aliquis (OC. 858) et piaculi (Phil. 959)).

Similiter de unius personae furto dicitur κλοπαί[2]) Ag. 412 ᾔσχυνε ξενίαν τράπεζαν κλοπαῖσι γυναικός et de unius hominis ortu γοναί Ai. 1094 ὁ μηδὲν ὢν γοναῖσι (Singularis autem legitur OC. 1294. OR. 1469). Kummererus[3]) quidem eum pluralem contendi vult cum τὰ τῆς γονῆς vel cum τὰ γενέθλια; recte sane, sed melius mihi conferri videntur comoediarum tituli velut Ἀφροδίτης, Διονύσου, Μουσῶν γοναί[4]) quorum rationem reddere conatus est Lobeckius Aglaoph p. 437. Iuvat etiam in comparationem vocare Γοναὶ Διὸς ὑετίου, ut locus prope Sardes situs nominatur et locum Boeotiae Διὸς γοναί (v. schol. Il. N 1). Idem est Th. Birtii[5]) iudicium dicentis

1) v. Herm. ad Ag. 540.
2) cf. Kummereri l. c. II p. 7.
3) l. c. II p. 8.
4) cf. Stephani Thesaurum s. γονή et Pind. Jsthm. 6,7 Ἡρακλείοις γοναῖς. Eurip. Hipp. 1080 ὦ πικραὶ γοναί. Jo. 339 ἐξευρεῖν γονάς.
5) Zwei politische Satiren des alten Rom p. 126.

der Titel Menipps Ἐπικούρου γοναί ist mit den Comödientiteln eines Hermippos, Nicophon, Polyzelos Ἀθηνᾶς γοναί, Ἀφροδίτης γοναί, Διονύσου, Μουσῶν γοναί und anderen zusammenstellen[1]. — Hoc loco dicere non praetermiserim El. 1234 *ἰὼ γοναὶ, γοναὶ σωμάτων ἐμοὶ φιλτάτων* mea quidem opinione plurali *γοναί* non solum Orestem[2] sed etiam Pyladem significari, cum Ant. 950ch (*Ζηνὸς ταμιεύεσκε γονὰς χρυσορρύτους*) *γοναὶ* ad unam personam spectet sicut *σπέρματα* OR. 1246 (*μνήμην παλαιῶν σπερμάτων ἔχουσα*) ad unum Oedipum[3].

Ὀνείδη est turpitudo pluribus rebus vel factis orta. Legimus autem ita eum pluralem: OR. 1494 *τίς οὗτος ἔσται — τοιαῦτ' ὀνείδη λαμβάνων, ἃ τοῖς ἐμοῖς γονεῦσιν ἔσται σφῷν θ' ὁμοῦ δηλώματα.* Verto enim: »wer wird solche Schande auf sich nehmen, die für meine und zugleich ihre Eltern ein Kennzeichen sein wird«. Nam turpitudinem concipiet siquis puellam hac gente ignominiae tam plena ortam in matrimonium duxerit. Itaque falso mihi Ellendtius[4] iudicare videtur cum dicat: *aliquando concreta quam dicunt significatione hominis probro cooperti dicitur. — Antigone sunt et Ismena Oedipi filiae virgines, quarum nemo matrimonium cupere posse videatur.* Quam opinionem reiciendam esse e relativo enuntiato apparet, sive *δηλήματα* legimus quod codices et omnes editores praebent sive *δηλώματα*, quod ego commendaverim. Is pluralis pluribus explicari non debet; atque *δηλήματα* noxam significat. Sed seu *ὀνείδη* vim turpitudinis habere dicis seu habere illam corporalem, num *ὀνείδη, ἃ τοῖς ἐμοῖς γονεῦσιν ἔσται* convenit cum *δηλήματα*? *δηλώματα* autem sane bene convenit.

---

1) cf. Sil. Ital. I 110 horreat ortus — tuos.

2) id quod Kuehnerus (l. c. II p. 17) putat.

3) v. glos.: *τουτέστι τοῦ Οἰδίποδος.*

4) v. lexicon Soph. s. *ὄνειδος.*

Caput IV.

De singulari collectivo et de duali numero.

Iam per appendicem nonnulla de singulari collectivo, quem vocant, et de duali numero quatenus patuerit apud Aeschylum et Sophoclem collecta proposuimus.

§ 1.

Et primum quidem de illo pauca. Eo enim singulari poeta vere poetice et sublimiter quasi e multis eiusdem generis rebus unam certam et corporalem rem promit, id quod ad narrationem illustrandam plurimum valet. Et ne a primordiis quidem poeseos singularis collectivus alienus fuisse videtur. Ita certe Homerus dixit Il. ε 490 *νύκτας τε καὶ ἦμαρ*. Haec vestigia persecuti prosaici scriptores, qui poeticum sermonem magna ex parte receperint, in solutam orationem eum quasi transduxerunt, ut Herodotus (cf. VIII 113,2 *τὴν ἵππον τὴν χιλίαν*), ut Thucydides (IV 90,2 *πλίνθον — ἄμπελον*), ut Xenophon (Anab. I 7,10 *ἀσπὶς μυρία τετρακόσια*).

Et hoc quidem in usu numeri singularis apud Aeschylum et Sophoclem vis collectiva liquido comparet. Tale est

Δάκρυ[1]) Pro. 665 *ἐνταῦθ' ὅπου μέλλοντες οἴσεσθαι δάκρυ πρὸς τῶν κλυόντων*. Se. 50 *δάκρυ λείβοντες*, ib. 948. Ag. 214ch *ὥστε — Ἀτρείδας δάκρυ μὴ κατασχεθεῖν*. Cho. 152ch *ἵετε δάκρυ*. OC. 1709 *ἀνὰ γὰρ ὄμμα σε τόδ', ὦ πάτερ, ἐμὸν στένει δάκρυ*. El. 1231 ch. Tra. 1199 *γόον δὲ μηδὲν εἰσίτω δάκρυ*.

Δάκρυον[2]) Ag. 282ch *χαρά μ' ὑφέρπει δάκρυον ἐκκαλουμηνέ*. OC. 1251 *ἀστακτὶ λείβων δάκρυον*.

---

1) Pluralem habes duobus locis Aeschyleis: Pe. 542ch (*δάκρυσι κόλπους τέγγουσα*) et Ag. 1548ch.

2) Invenitur autem pluralis Pro. 153ch. Eu. 955 — apud Sophoclem cum *πηγή*, *νάματα* et similibus coniunctus Ant. 803ch. Tra. 848ch. 852ch. 919.

Ὄμμα Se. 346. 564. Ag. 251, ib. 938. Su. 205. 414. 1015. impropric Pe. 172 *ὄμμα γὰρ δόμων νομίζω δεσπότου παρουσίαν.* Eu. 1026. fr. 164 *ἀστερωπὸν ὄμμα Λητῴας κόρης.* — Phil. 866. El. 906. OR. 1222ch *κατεκοίμησα τοὐμὸν ὄμμα.* Visum autem vel obtutum significat *ὄμμα* Ai. 167. 193ch. Tra. 225, vultum: Ant. 690. Ai. 462.

Στάχυς Aeschyli fr. 293 *Δήμητρος ἀντέλλει στάχυν.* fr. 397 *νέας δ' ὀπώρας ἡνίκ' ἂν ξανθῇ στάχυς.* Quam vocem scripsit eadem sententia fr. 362 *πρῶτον μὲν ὄψει λευκὸν ἀνθοῦντα στάχυν.*

Δόναξ Pe. 497 *ἀφικόμεσθα — Βόλβης θ' ἕλειον δόνακα* et *χερμάς* (lapis manum implens) Se. 287: *τοὶ δ' ἐπ' ἀμφιβόλοισιν ἰάπτουσι πολίταις χερμάδ' ὀκριόεσσαν.*

Addo vocabula ad rem militarem spectantia, qualia Aeschylus et Sophocles in singulari collectivo usurpaverunt haec:

Δόρυ Pe. 731. Ag. 113 *πέμπει σὺν δορὶ καὶ χερὶ πράκτορι.* Eu. 769. Se. 202 *πύργον στέγειν εὔχεσθε πολέμιον δόρυ* 403. — Ai. 1275 *ἐν τροπῇ δορός.* Tra. 478 *καθηρέθη — Οἰχαλία δόρει.* OC. 620 *δόρει διασκεδῶσιν.*

Λόγχη[1]) de militibus hastatis dictum est Pe. 819: *Δωρίδος λόγχης ὕπο.*

Etiam *κῦμα* saepe apud ambos poetas illam sententiam prae se fert, velut Pro. 1080 *κῦμα δὲ πόντου τραχεῖ ῥοθίῳ συγχώσειεν.* Se. 194 *νεὼς καμούσης ποντίῳ ἐν κύματι.* 677. Pe. 91. Ag. 70. Su. 14ch *φεύγειν ἀνέδην διὰ κῦμ' ἅλιον,* improprie Se. 743 *κακῶν δ' ὥσπερ θάλασσα κῦμ' ἄγει,* ib. 109. — Ai. 351 *ἴδεσθέ μ' οἷον ἄρτι κῦμα φονίας ὑπὸ ζάλης ἀμφίδρομον κυκλεῖται.*

Neque tamen latius collectivum singularem apud Aeschylum et Sophoclem patere video. Nam neque populorum nominum (velut Thucydidis VI 84,3 *ὁ Χαλκιδεύς*) neque eorum, quae ad rem militarem pertinent (velut *ὁπλίτης, ἱππεύς, πολέμιος, ἐχθρός*)

---

1) cf. remigium pro remiges (Draegeri l. c. I p. 23) Liv. 21,22. 26,39. Taciti Ann. 3,1. 14,39 et alia.

illum de quo agimus singularem usurpatum reperimus. In Latina[1]) quidem lingua inde a Livio primo is singularis populorum nominum legitur: Poenus, Romanus et eius modi alia. Contra iam antiqui Persae eum posuerunt[2]).

§ 2.

Reliquum est, ut de duali numero dicendum esse videatur. Atque hoc numero non significantur temere duo, quiqui sunt vel homines vel res, id quod nomine indicatur, sed par potius rerum vel animalium. Itaque non habes nisi *ὄσσε, ὀφθαλμώ, χεῖρε, παῖδε, φίλω, ἵππω* similia. Et profecto quo vividior erat lingua Graeca, eo magis, cum de pari rerum inter se coniunctarum agebatur, dualis numerus positus est, id enim prodit scriptorum sermo. Sed paulatim et verbi et nominis dualis per pluralem quasi e iuribus suis submotus est, eaque re factum est, ut saepe pluralis verbi cum nominis duali coniungatur, ita ut numerorum congruentiam[3]) haud multum valere apertum sit. Sed enim de duali isto cum multi[4]) viri docti optime disputaverint, ut Humboldtius, Bieberus, Delbrueckius, Keckius, longius disserere supervacaneum est. Atque apud Aeschylum quidem et Sophoclem de eo easdem fere leges quas apud Homerum valere Delbrueckius aliique demonstraverunt.

Ordinarie autem dualem a poetis usurpatum videmus his locis: OC. 446 *ἐν ταῖνδε δ' οὔσαιν παρθένοιν, ὅσον φύσις δίδωσιν αὐταῖν*, quae Oedipi verba ad ambas eius filias pertinent, ib. 493

---

1) cf. Draegeri l. c. I p. 43.

2) vide Spiegelii verba in Delbrueckii l. c. p. 14.

3) Aliter autem res se habet de Indico duali (cf. Delbrueckii l. c. pp. 17—20).

4) Humboldtius in »Abhandlungen der Berliner Academie der Wissenschaften« 1827, Bieberus de duali num. apud Epicos, Lyricos, Atticos 1864. Delbrueckius l. c. p. 16sqq. Keckius in »M. Schanz' Beiträgen zur hist. Syntax der griech. Sprache«. Vol. V 1885: »über den Dual der attischen Redner«.

ὦ παῖδε, κλύετον τῶνδε ξένων, 1102 *ὦ τέκνον, ἦ πάρεστον*, 1107 *ποῦ 'στόν*, 1111 *σφῶν παρεστώσαιν ἐμοί*, 1113 *ἀναπαύσατον τοῦ — πλάνου*. OR. 1453 *ὅν μήτηρ τέ μοι πατήρ τ' ἐθέσθην — τάφον, ἵν' ἐξ ἐκείνων, οἵ μ' ἀπωλλύτην, θάνω*. El. 977sqq. Ph. 539. fr. 767 *ἐρρηξάτην ἐς κύκλα — ὅπλων*. —

Eu. 254sq. *ὅρα ὅρα μάλ' αὖ, λεύσσετον πάντα*, quo in exemplo multi valde offenderunt. Hermannus enim scripsit *λεῦσσέ τε πάντα*; alii ut Dindorfius eum secuti sunt et aliquamdiu Weckleinius (cf. »über Technik und Vortrag der griechischen Chorgesänge« p. 217), sed non iam in editione Aeschylea anni 1885. Mihi quidem recte nunc editor codicis M lectionem recepisse videtur, nam hoc loco una e Furiis ceteras duas compellat (cf. Freericksii' l. c. pp. 47. 62 sq.). Sed haec hactenus.

Iam vero apud Aeschylum quoque et Sophoclem, si de hominum pari agitur, et pluralis in prima persona verbi et dualis participii iuxta leguntur: Phil. 533 *ἴωμεν, ὦ παῖ, προσκύσαντε*. OR. 1505 *ὀλώλαμεν δύ' ὄντε*. Ant. 989 *ἥκομεν κοινὴν ὁδὸν δύ' ἐξ ἑνὸς βλέποντε* et alibi. — Et legimus Se. 790sqq: *ἄνδρες τεθνᾶσιν ἐκ χερῶν αὐτοκτόνων — τίνες — φρονοῦσα νῦν ἄκουσον, Οἰδίπου τόκω — οἳ 'γὼ τάλαινα — οὐδ' ἀμφιλέκτως μὴν κατεσποδημένοι — ἐκεῖθι κεῖσθον; — οὕτως ἀδελφαῖς χερσὶν ἠναίροντ' ἄγαν*; — Atque e verbis *ἄνδρες τεθνᾶσιν* poetam etiam si de duabus arcte inter se coniunctis personis agebatur neglecto duali et nomen et verbum in plurali posuisse apparet. Sed factum esse potest, ut hoc loco dualis consilio eam ob causam ab illo evitatus sit, quod nuntius non statim clare quod factum esset dicere audebat. — E sequentibus autem verbis colligi potest vocabuli dualem (*τόκω*) cum plurali participii (*κατεσποδημένοι*) et dualem (*κεῖσθον*) verbi finiti cum plurali (*ἠναίροντο*) sine ullo discrimine coniungi. Porro pluralis verbi ad par personarum spectat his locis: OR. 1492 *ἀλλ' ἡνίκ' ἂν δὴ πρὸς γάμων ἥκητ' ἀκμάς, τίς* — OC. 1606sq. *αἱ δὲ παρθένοι ῥίγησαν, ὡς ἤκουσαν — ἔκλαιον οὐδ' ἀνίεσαν στέρνων ἀραγμούς*. Atque Ag. 655sq, ubi est *ξυνώμοσαν γὰρ ὄντες ἔχ-*

θιστοι τὸ πρὶν πῦρ καὶ θάλασσα καὶ τὰ πίστ' ἐδειξάτην φθείροντε τὸν — στρατόν, primum quidem verbi pluralis, ad quem pluralis participii refertur, deinde dualis verbi positus cumque eo dualis participii coniunctus est. Electrae autem versu 1335 adhortatur paedagogus Orestem et Pyladem ita: καὶ νῦν ἀπαλλαχθέντε τῶν μακρῶν λόγων — εἴσω παρέλθετε et versa vice participium in plurali, verbum in duali positum est OC. 1617sq: οὐ τητώμεναι τὸ λοιπὸν ἤδη τὸν βίον διάξετον. Ceterum discrimen illud quod historicis temporibus inter duales in ον et in ην intercedebat et in Atticorum maxime oratione soluta constitutum est, apud Homerum nondum reperitur[1]). Exstant enim in carminibus eius complures loci (Il. κ 364. ν 346. σ 583—ν 301), ubi dualem in ον finientem ad tertiam personam spectare metricae artis legibus probatur. Apud Aeschylum autem recte de tertia persona dualis in ην exiens usurpatur Ag. 655sq. πῦρ καὶ θάλασσα — τὰ πίστ' ἐδειξάτην et alibi, neque aliter apud Sophoclem El. 978sqq. κασιγνήτω, ὣ τὸν πατρῷον οἶκον ἐξεσωσάτην, ὣ — ψυχῆς ἀφειδήσαντε προυστήτην φόνου. OR. 1454 ἵν' ἐξ ἐκείνων, οἵ μ' ἀπωλλύτην, θάνω. Quid? quod uno loco Sophocleo (OR. 1511 ὦ τέκν' εἰ μὲν εἰχέτην ἤδη φρένας) dualis in ην finiens ad secundam personam referendus est? — Sed OC. 1111sq. legimus: σφῶν παρεστώσαιν ἐμοὶ ἐρείσατ', ὦ παῖ, πλευρὸν ἀμφιδέξιον ἐμφύντε τῷ φύσαντι κἀναπαύσατον τοῦ — πλάνου καί μοι τὰ πραχθέντ' εἴπαθ' ὡς βράχιστα. Quo loco ex ἐμφύντε, quippe quod participium ad puellas spectet, masculinum dualis participiorum genus ad feminina quoque nomina transferri posse apparet[2]). Quin hoc in activo quod dixeris semper fere fieri multis exemplis demonstratur: OC. 1676 ὥτινε — ἀλόγιστα παροίσομεν ἰδόντε καὶ παθόντε Antigone de se ipsa et Ismena dicit, ib. 1771 ἡμᾶς πέμψον, ἐὰν πως διακωλύσωμεν ἰόντε φόνον. El.

1) cf. Il. κ 545 et Eurip. Alc. 672 ἠλλαξάτην et Buttmanni l. c. I p. 340.

2) Similiter Il. 8,455 προλιπόντ' ἀνθρώπους αἰδὼς καὶ νέμεσις. Eur. Hipp. 389. Alc. 905.

980 *Κασιγνήτω, ὦ — ψυχῆς ἀφειδήσαντε προυστήτην φόνου*, ib. 1003 *ὅρα κακῶς πράσσοντε μὴ μείζω κακὰ κτησώμεθα*, ib. 1006 *οὐδ' ἐπωφελεῖ βάξιν καλὴν λαβόντε δυσκλεῶς θανεῖν*. fr. 776 *Σειρῆνας εἰσαφ (ικόμην), Φόρκου κόρας θροοῦντε τοὺς Ἅιδου νόμους*. Qua de re non est cur hunc usum tot Sophocleis aliorumque scriptorum exemplis defensum cum Bernhardyo[1]) rhetoricum esse dicamus; potius horum participiorum numerus dualis hanc unam tantum formam, cuius masculina terminatio, habuisse dicendus erit. Neque tamen in solutam orationem ea masculini generis usurpatio praeter unum locum Platonicum[2]) irrepsit. At enim pauca volo de illo loco Sophocleo OC. 1676 *ἰδόντε καὶ παθόντε*. Brunckius enim, quem Dindorfius secutus est, scripsit, ut equidem censeo, recte *παθόντε*, alii *παθούσα*, ita enim Ellendtius[3]) et Matthiaeus legi volunt. *Παθόντε* autem praeter codicum auctoritatem ob eam ipsam causam scribendum esse puto, quod *ἰδόντε* et *παθόντε* eisdem litteris exeunt itaque eundem sonum efficiunt, cf. OC. 1196 *πατρῷα καὶ μητρῷα*. El. 318 *ἥξοντος ἢ μέλλοντος*, 1498 *τά τ' ὄντα καὶ μέλλοντα*. Phil. 336 *ὁ κτανών τε χὠ θανών*. Ai. 811 *χωρῶμεν ἐγκονῶμεν*, 1237 *ποῦ βάντος ἢ ποῦ στάντος*. Ph. 136 *τί στέγειν ἢ τί λέγειν*. Ant. 1327. — Verum, ut eo redeat, unde deflexit oratio, feminini generis pluralem his tantum tribus locis legimus: OC. 1601 *τὼ* (sc. ambae Oedipi filiae) *μολοῦσαι τάσδ' ἐπιστολὰς πατρὶ ταχεῖ ἐπόρευσαν*, 1608 *ἐς δὲ γούνατα πατρὸς πεσοῦσαι ἔκλαιον*. Tra. 539 *δύ' οὖσαι μίμνομεν*. Sed illud *μολοῦσαι*, quod removere volui, a Dindorfio deletum esse gaudeo. Et in sequenti exemplo etiam metri causa melius *πεσόντε* quam *πεσοῦσαι* scribitur. Quam ob rem etiam Tra. 539 pro *οὖσαι* ut *ὄντε* legatur suadere audeo. In passivo autem femininum participii genus poni ex illo ipso exemplo concludimus: OC. 1617sq. (*οὐ τητώμεναι — τὸν βίον διάξετον*).

---

1) synt. p. 429 adnot.

2) Phaedonis 237d (cf. Kruegeri l. c. §. 44, 2,2).

3) v. lexicon sub *πάσχειν* p. 611a.

§ 3.

Atque cum *δύο* numerali si quod coniungebatur vocabulum, huic Aeschylus plus semel pluralem formam induit: Ag. 125sqq. *ἰδὼν δύο λήμασιν ἴσους* (cum Dindorfio *λήμασιν ἴσους*, contra Weckleinius scripsit *λήμασι δίσσους*) *Ἀτρείδας μαχίμους*. cf. Il. σ 157 *δύ' Αἴαντες*; sed ζ 436 habemus *δύω Αἴαντε*. In duali enim ab Homero *δύο, δύω, ἄμφω* semper posita sunt. Porro Aeschylus pluralem adhibuit: fr. 297,5 *δύο γὰρ οὖν μορφάς*. Concinitque Sophocles nonnullis locis qui ipse quoque cum *δύο* pluralem verbi coniunxerit: El. 701 *δύο Λίβυες*. Ph. 117 *δύο φέρει δωρήματα*. Ai. 237 *δύο δ' ἀργίποδας κριοὺς ἀνελών*. fr. 786,3 *εὔφρόνας*[1]) *δύο*. Et recte sane Delbrueckius[2]) hoc esse iudicat antiquitatis, ut *δύο* ad pluralem vocis adposuerint. Nihilominus tamen ad verum dualem adplicatur *δύο* plurimis locis velut Se. 465 *δύ' ἄνδρε*. Pe. 184 *δύο γυναῖκ' εὐείμονε*. Cho. 206 *δύ' ἐστὸν τώδε περιγραφὰ ποδοῖν*. Pro. 805 *δυοῖν λόγοιν σε θατέρῳ δωρήσομαι*, 893 *δυοῖν δὲ θάτερον βουλήσεται*. Se. 905 *τοῖνδε δυοῖν ἀνάκτοιν*, 939. Pe. 722 *δυοῖν στρατευμάτοιν*, 738 *γεφύραν γαῖν δυοῖν*. Ag. 1384 *ἐν δυοῖν οἰμωγμάτοιν*, quod Elmsleius restituit ex *οἰμώγμασιν* sicut Eu. 663 *δυοῖν μιασμάτοιν* pro *μιασμάτων*. — Phil. 426 539 *ἄνδρε γὰρ δύο χωρεῖτον*. OC. 530sqq. *δύο δ' ἄτα*. Ant. 533 *δύ' ἄτα*. Ph. 543 *σὺν δυοῖν ἄλλοιν*. OR. 581 et alibi.

Haec sunt quae de singulari plurali duali apud tragicos meos obvia composuerim. In quibus si qua nova aperui, dubia firmavi, ea benevolo iudici commendo, sicubi in falsam viam nonnunquam deerravi, errorem corrigent qui hac in materia versari non dedignabuntur.

1) Ceterum Dindorfius scripsit *εὔφρόνα*.

2) l. c. p. 19 et p. 17sq.

Index prior

nominum, quae potissimum tractavi.

Index alter

locos graviores continens, de quibus sententiam diximus.

VITA.

Natus sum Eduardus Volp a. d. V. Kal. Sextil. a. h. s. LXV patre Ferdinando matre Margaretha e gente Serthiana, quos ambos vivere valde gaudeo, Hassiae in vico, cui nomen est Freienseen atque evangelicae fidei addictus sum. Litterarum elementa cum a Freienseenensi ludimagistro didicissem inde ab anno h. s. LXXV usque ad LXXXIV gymnasio Laubacensi affui. Eius anni vere maturitatis testimonium assecutus Erlangensem academiam adii, ubi in philologiae studium incubui atque scholis interfui doctissimorum virorum Classii, I. Muelleri, Luchsii, Spiegelii et seminariis rectoribus Muellero, Luchsio. Anno post Heidelbergam me contuli, ubi per duodecim menses audivi clarissimos viros C. Fischerum, Wachsmuthium, Bartschium, Osthoffium, Schoellium, Brandtium et seminariorum fui sodalis per totum illud tempus. Sequentis aestatis sex menses Monachi virorum illustrium scholis interfui Christii, Woelfflinii, Schoellii, Brunnii et seminariis rectoribus Christio, Woelfflinio, Schoellio. Eiusdem anni hieme Marpurgensem academiam adii, ubi per annum et sex menses auditor et discipulus fui doctissimorum virorum, Leopoldi Schmidtii, qui consilio et humanitate de me optime est meritus, Birtii, Niesei, Varrentrappii, Fischeri, Bergmanni, quos venerabundus appello, Lenzii, Cohenii, Wissowae, Sybelii, quibus multum debeo, et seminariis affui rectoribus Schmidtio, Birtio, Nieseo, Varrentrappio, Lenzio, Fischero, Bergmanno, Cohenio, quibus omnibus quam maximas et nunc habeo gratias et semper habebo.